



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In Qvo Genuina sententia S. Avgvstini de humanæ naturæ stantis, lapsæ,
puræ statu & viribus eruitur & explicatur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

De statu puræ naturæ. Liber I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13673

posse fieri, bene nos uti posse libero arbitrio sine gratia, peccata vitari posse, tentationesque superari solâ arbitrij libertate: nonne ipsa necessitas veritatis postulat à sanctissimi Præsulis sententia calumniam istam propulsari, sicut cum certa veritate propul-

sari potest? Vt si noluerint altissimæ celestique doctrinæ ipsius acquiescere, desinant saltem ei suam, quæ per terram repit, damnatæque naturæ vires prædicando, Pelagianis si non sensibus certè vocibus utitur, cum injuria tanti Doctoris imponere.

FINIS.

CORNELII IANSENII
EPISCOPI IPRENSIS.
DE STATV
PVRE NATVRÆ
LIBER PRIMVS.

PRÆFATIO.

HAC TENVS genuinum Augustini sensum de naturæ per peccatum lapsæ viribus promptissimus: nunc pauca propter argumenti vicinitatem de puræ naturæ statu subnectenda sunt, ex quibus doctrina sanctissimi Doctoris non modo planius & plenius, & à radicibus intelligatur, sed etiam adversus nonnullas recentiorum machinas munita consistat. Nam quamvis eam ipsissimam esse sententiam Augustini quam in superioribus declaravimus, omnium scriptorum ejus accurata consonantia per se ipsa clamet, nec animo ad penetrandum subtili, sed à præjudicijs philosophicarum opinionum libero opus sit, ad eam in ejus lucubracionibus agnoscendam, nonnulli tamen ad eam consistendam trepidabunt, quod non satis videbunt quâ ratione status puræ naturæ cum ista doctrina conciliari possit: quem in humanâ natura dari posse vel dubitari nefas putant. Tantâ quippe est in quibusdam hominibus humanæ philosophiæ rationumque plausibilem fiducia, quas gentilium cœcitas præformavit, ut universam Augustini doctrinam facilius, præterquam ubi in terminis ipsis definita est, pessumdari, quam illas sibi præcipi vel ut inanes abijci paterentur: quantumvis eis nullus vel antiquus Pater vel Concilium vel Scriptura suffragetur. Quamobrem quanquam ille puræ naturæ status non solum Augustino, sed etiam antiquæ Ecclesiæ ignotus fuerit, nec nisi à gentilibus olim & hæreticis obtrusus, ex Augustini tamen principijs facile intelligi poterit quid de illo sentire debeat.

ff

debea-

debeamus. Ut opera me pretium laturum arbitrer si ea saltem detra-
ctis praestigijs detegam, verisque rationibus in ejus doctrina fundatis
munitiam, quo peritior lector dijudicare possit, utrum satius sit, per illa
principia quæ de Pelagiana fraudulentia, & philosophico supercilio
triumpharunt, puræ naturæ statum excludere, an philosophicis ap-
plaudendo rationibus introducere.

CAPVT PRIMVM.

Quid sit status puræ naturæ juxta recentiores. Differentia
sententiæ eorum ab opinione Pelagianorum.

ITAQUE sciendum est puram naturam dici juxta recentiores puritate negati-
ua, qua scilicet nihil habet naturæ
superadditum, quod ei non debitum sit
sive malum sive bonum, hoc est ut neque pecca-
tum habeat poenamq; peccati conitum, neq;
ultum gratiæ naturam superantis donum. Ut
verò facile intelligatur, quid hujusmodi natu-
ræ status comprehendat, naturam lapsam
intueri jubent, in qua quicquid præter pecca-
ti featum deprehendimus, hoc ad puram natu-
ram pertinere profitentur. Regula quippe
solemnis eorum est naturam puram à natura
lapsa discrepare, sicut nudum à spoliato: qui
non aliter differunt, nisi quod hic amiserit
quod alter nondum habuit: ut proinde pura
naturæ se habeat instar negationis, lapsa in-
star privationis. Quapropter ut omnia bre-
viter illi statui à Scholasticis attributa, per-
curramus qui hominem à Deo in puræ naturæ
statu creati posse nullo omnino peccato præ-
cedente, profitentur, ij volunt eum creandum
esse sine ordinatione ad beatitudinem sempi-
ternam seu claram visionem Dei. Hinc con-
sequenter dicunt, eum sine fide in intellectu,
& voluntate sine charitate Deum diligente
condendum. Repugnantiam illam carnis &
spiritus ei esse prorsus naturalem, usque
adeo ut ordo merè naturalis postulet ut Deus
duos appetitus illos contrarios reciproci mo-
tibus cõflicari sinat, neq; concursum suū sub-
trahendo, neque dono quopiam superaddito
mutuam pugnam hostilitatemq; compri-
mendo. Proinde quantum ad internas animi
vires, tantam in pura natura futuram igno-
rantiam, benèque cogitandi, judicandi, vi-
vendiq; infirmitatem, peccandi que proni-
tatem, quantam in natura lapsa experimur:
quantum ad externa vero, majorem. Nam
præterquam quod objecta sensibilia concu-
piscentiæ excitantia essent eadem, mala præ-
vorum hominum consilia potentius tunc ad
malum, & exempla provocarent: Nam cog-
nitio Dei virtutumque quæ Adamo commu-
nicata fuerat & memoria promissionum &
communicationum Dei, priorisque status &
præteriti lapsus recordatio, & promissio ven-

Aturi Christi cum spe redemptionis ejus, quæ per
traditionem à capite in posteros diffusa pro-
manarunt, peccandi facilitatem in natura
lapsa mitigare potuerunt, ut hæc parte eccet-
tas & corruptio morum generalior peccan-
di que pronitas in pura natura proficiosa futu-
ra fuisse videatur. Quo accedit, quod nulla
fortassis esset etiam ex parte dæmonis tentan-
tis differentia: nam dæmonis compressio ne
tentet homines, videtur ad providentiam su-
perioris ordinis quam pure naturæ pertinere.
Hinc multò magis puræ naturæ mortalitatem
adherere tradunt, omnesque morbos corpo-
rum, quæque inde sæpius proficiuntur ani-
morum lates, totam denique calamitatum
seriem, quibus atteritur ista vita miserorum
à primis stibus nascentium usque ad extre-
mos habitus morientium. Quidquid enim in
statu admittit, alteri tribuendum esse, ipsi met
Scholastici profitentur. Ecce tibi breviter de-
pictum ex libris recentiorum illum puræ natu-
ræ statum, in quo hominem à Deo sine peccato
præeunte creati posse confidentissimè docent.

B Ex qua doctrina manifestum est, illam in-
ter Scholasticos recentiores atque Pelagianos,
quantum ad istum humanæ naturæ statum
attinet, esse differentiam quod Scholastici natu-
ram hominis in eo statu quem descripsimus
à Deo auctore sine peccati merito condi posse
sentiant; Pelagiani etiam re ipsa conditum esse
delirant. Quidquid enim ignorantia & repug-
nantia carnis, & spiritus, seu concupiscentia
mentem tenebrat ac deorsum trahit, quicquid
tentationum per visibilia rerum oblectamenta
humanum genus patitur, quicquid morborum
corporis & animi, ceterarumque calamitatum sive
parvulus sive majores quotidie urit & premit,
hoc est universum illud gravissimum jugum
quod nobis impositum esse sentimus, hoc totum
Pelagiani naturali rerum conditioni tri-
buebant. eodem plane modo sicut Scholastici
nobis imponi posse sine præcedente iniquitate
arbitrantur. Quam Pelagianorum genuinam sen-
tentiam fuisse late & liquido nos ante in re-
centendis eorum opinionibus demonstravi-
mus: Nec à ipsi Scholastici recentiores ne-
gant: Quod ita de Pelagianis verum est,
ut

Bellarmin. lib.
de grat. pri-
mo tom. c. 5
Suarez. Pro-
log. 4. c. 8.
num. 11.

verum est ut etiam sine fide Christi bene viuentibus gentilibus quoddam beatitudinis genus naturalis ascripserint, sicut in iisdem locis a nobis e declaratum est. Vnde & ipsum nomen pura natura videtur emanasse à Pelagianis. Nam ex eorum sensu & verbis objectionem sibi proponit Augustinus quando dicit: *Dicit aliquis si haec natura pura non sunt sed vitiosa primordia &c.* Vbi pura natura opponitur naturae per peccatum vitiatæ. Et evidentius alibi: *Huius tam horribilis pena iustitia si queratur, nome istorum omnia de libero arbitrio & laudabili sanitate naturæ, quantumlibet arguta sit argumentatio reperiuntur & perfracta desiliunt.* Vbi alludit ad illa verba quibus aliquanto superius Pelagius sensum suum de pura natura liquidissime exprelerat: *Omne bonum ac malum quo vel laudabiles vel vituperabiles sumus non nobiscum oriuntur sed agitur a nobis. Capaces enim utriusque rei non pleni nascimur, & ut sine virtute ita & sine vitio progrediamur; atque ante aduentionem propriae voluntatis, id scilicet in homine est quod Deus condidit.* Quibus verbis nihil accuratius aut loculentius adferri potest ad puræ naturæ statum oculis obijciendum; per hoc enim quod hecque laudabiles neque vituperabiles nos nasci Pelagius tradit, certum est omnem gratiam & peccata originaliter indita vel contra remoueri. Sicut enim fieri non potest quin per culpam originalem vituperabiles sumus, ut ibidem Augustinus docet; ita nec fieri potest quin simul Dei gratiâ nos iustos produ-

cente, laudabiles. Vnde adiectæ partes tantum non plenos nos vitij virtutisque nasci, quorum utrumque statui naturæ puræ proprium est.

Hæc ergo principia de sententia tam Scholasticorum quam Pelagianorum tanquam certa & indubitata supponentes, videamus nunc quid certi ex Augustini doctrina de puræ naturæ statu juxta mentem ejus colligi possit. Nam quicquid alij minus excussis ejus principijs de illius mente suspicentur, nos post longum operosumque illius difficultatis examen & principiorum Augustini collisionem non dubitamus plerosque scholastica doctrinæ Professores, quemadmodum in explicando naturæ lapsæ statu longissime ab ejus mente deflexerunt, ita in asserendo puræ naturæ statu procul à principijs ejus in nobilibus quibus tota doctrina ejus aduersus Pelagianos & Manicheos incumbit, filium humanæ rationis potius quam Ecclesiasticæ traditionis confectando, recessisse. Existimamus enim statum illum prout in eorum Scholasticis hominem sine peccato præcedente à Deo condi posse statui, principijs August. pœnè omnibus ex diametro repugnare. Quæ in se utrum genuinam doctoris mentem allecuti simus, non solum sanctæ Ecclesiæ Romanæ iudicio in eius fide & obedientiâ, & gremio sicut ab infantia huc usque vixi, ita ad extremum usque halitum vivere & mori Deo iuvante constanti, sed etiam cuiuslibet non supini lectoris Augustini me meaque libens submitto.

CAPVT SECVNDVM.

Pondus naturæ creaturæ rationalis in beatitudinem suam poscit ut beari possit. Quatuor status seu modi beandi adferuntur ex Augustino qui omnes repugnant puræ naturæ.

VT igitur à primo humanæ naturæ cardine incipiamus, beati esse omnes volumus. Quod ita verum & certum & medullis omnium infixum est, ut cum ipsis Academicis omnia dubia sint, hæc de sententia nec Academicus ille Cicero dubitauerit, qui cum vellet in Hortensio dialogo ab aliqua recerta de qua nullus ambigeret sumere suæ disputationis exordium; *Beati certe, inquit, omnes esse volumus.* Et quia omnes hoc volumus, nec aliter velle possumus, profectò appetitus illè naturalis est. Ab illa quippe voluntate quicquid vel patenter vel latenter voluerimus, non recedimus. Nam & ille qui credit quod post mortem non erit, intolerabilibus molestijs ad totam cupiditatem mortis impellitur, quamvis in opinione habeat errorem omnimodæ defectionis in qua nulla omnino beatitudo est, in sensu tamen & voluntate habet naturalem desiderium quietis. Quod autem quietum est non est omnino nihil imo etiam magis est, ideoque beatius quam quod inquietum est. Inquietudo enim variat

affectiones, ut altera alteram perimat, quies autem habet constantiam, in qua maxime intelligitur ipsum esse, & per hoc beatum esse. Omnis itaque ille appetitus in voluntate mortis, non ut qui moritur non sit, sed ut quieteat & ipsa quiete sit beatus intenditur. Ita cum errore credat se non futurum, natura tamen quietum esse, & per hoc magis esse, & beator esse desiderat. Quæ constantia certissimum argumentum est hoc esse desiderium naturalem ut merito hæc de causa dicat Augustinus, quod omnes beatos esse velle *veritas clamat, natura compellit, cui summe bonus & immutabiliter beatus creator hoc indidit.*

Ex eodem autem fonte nascitur ut omnis creatura rationalis miseriam fugiat. Miseria quippe genus est quoddam mali, mali autem fuga in boni contrarij cupiditate fundatur. Ex quo fit ut nemo miser esse nolit, nisi quia sibi melius esse, & per hoc quia beatus esse desiderat. Ita verum est ut siue velint homines quippiam, siue nolint, omnes tamen beati esse velint, idque unum ardentissimo amore

In Enchir.
cap. 104.

appetant, & propter hoc cetera quæcunque
dicat ita nos beatos esse velle, ut esse miseri non so-
lum volumus, sed nequaquam velle possumus.

Cum ergo tantus sit naturalis iste impetus
creaturæ rationalis in beatitudinem suam, &
omnium desideriorum fugarumque basis,
necesse est esse etiam aliquid quo obtento nat-
uraliter fatietur. Si enim nihil esset, vanissim-
um esset istud naturale desiderium ipsaque
creatura rationalis tota in vanum condita.
Nam ut natura juxta philosophum non incli-
nat aut movet ad impossibile, ita multo mi-
nus Deus ac natura in vanum. Aliquid igitur
necessario est, cujus affectione quiescat
istud naturale pondus, tanquam termino om-
nium motuum; quod proinde non potest non
esse ultimus finis ejus, qui respectu creaturæ
rationalis beatitudo dicitur, in quam velut
oceanum omnes animi motus influunt, & vel-
ut in centro suo conquiescunt quod & alio ex
capite ostendi potest. Creatura enim ratio-
nalis non potest neque esse neque condi propter
se, necessario igitur propter aliud: hoc
autem propter quod condi postulat est ultimus
finis ejus naturalis, utpote quem ejus institu-
tio naturalis postulat & ejus affectione necessa-
rio beata est. Si enim alio adhuc beanda
tenderet, naturalis appetitus ejus, nec istud
primum esset ultimus finis ejus, nec propter
istud esset condita; nec illo adeptio conquies-
ceret, sed illo potius in quod velut in centrum
suum pondere naturali adhuc ulterius beanda
vergeret. *Rationalis enim creatura sive in ange-
lico spiritu, sive in anima humana ita facta est, ut
sibi ipsa bonum quo beata fiat esse non possit.*

Epist. 112.
cap. 13.

Ratione igitur videamus cujusmodi de-
beat esse bonum, quo naturaliter beari postu-
lat, & quis beatificationis ejus modus, ut
utrum impura condi possit natura videamus.
Cum jam fixum statuerimus omnem creaturam
rationalem naturaliter beatam esse velle,
in hoc ipso duas nobis actiones ejus insinuan-
tur velle seu diligere bonum, quo beata fieri
cupit, & illud adipisci seu possidere. Nemo
enim aliquid quod nondum habet, cupit, nisi
adipisci cupiat: diligere igitur bonum beati-
ficum & illud possidere ad beatitudinem om-
nino necessaria sunt. Nam qui diligit quod-
cunque bonum, quod non habet, certissime
miser est. Velle enim quod habere nequeas,
sine animi dolore & cruciatu esse non potest.
Docet hoc sapissime sanctus Augustinus.
Nam hinc illud in libris de Trinitate sæpe re-
petitum: *Omnes beati habent quod volunt; beatus
non est nisi qui habet omnia quæ vult. Non latet
genus humanum nec illum beatum esse qui non
habet quod vult.* Et inferius sententiam Phi-
losophorum de hac re approbando: *Sentiebant
aliter beatum esse neminem posse nisi habendo quod
vellet & nihil patiendo quod nollet.* Quod & alijs
in locis inculcat frequentissime.

Lib. 13. de
Trin. 5.
cap. 6.

Cap. 7.

Quamvis ergo nemo beatus sit qui non ha-
beat id quod velit, non tamen idcirco statim
beatus est quisquis habeat id quod velit. Ergo

A illud convenit inter nos, neque quemquam beatum
esse posse qui quod vult non habet; neque omnem qui
quod vult habet, beatum esse, ut concludit Au-
gustinus. Et alibi: *Omnes beati habent quod vo-
lunt, quamvis non omnes qui habent quod vo-
lunt continuo sint beati.* Multi enim nequissi-
mis voluptatibus frui volunt, quibus essent
carendo beatiore. Nam quamvis aliquis ipsa
mali voluntate sit miser, inferior tamen est
adipiscendi seu fruendi potestate. Quam salu-
berrimam doctrinam tradidit Augustinus in
multis locis. Nam in Epistola ad Probam:
*Præsertim attende utrum acquiescendum sit in qua
dicunt eum beatum esse qui secundam suam vitam vo-
luntatem. Sed absit ut hoc verum esse credamus.
Quid si enim requiritur velut vivere? Nonne tanto mi-
serior esse convincitur quanto facilius mala eum vo-
luntas impletur? Et in libris de Trinitate:
Mala voluntate vel sola quisque miser efficitur, sed
miserior potestate, qua desiderium mala voluntati
impletur.* Hinc illa præclara sententia Cice-
ronis quam in exordio Hortensij posita in ma-
gnis laudibus sancta Monica mater Augustini,
& ipse Augustinus extollit. Nam in dialogo
de vita beata eum sententiam hac de re ma-
tris commendare vellet: *Tibi, inquit, præced-
dabo verba defuerunt, ut non sicut Tullius te modo
paunderes, eius de hac sententia verba sunt ista.
Nam in Hortensio quem de laus ac defensione philo-
sophæ librum fecit: Ecce autem, ait, non Philoso-
phi quidem, sed prompti tamen ad disputandum om-
nes aiunt esse beatos qui vivant ut ipsi velint, id est,
qui habent quicquid diligunt. Falsum id quod-
dem: velle enim quod non deceat, idem ipsum mi-
serum: Nec tam miserum est non adipisci quod
velis, quam adipisci velle quod non oporteat. Plus
enim mali pravitas voluntatis affert quam fortuna
cuiquam boni.* In quibus verbis Tullij, adijcit
Augustinus, illa sic exclamabat, ut oblii penitus
sexus eius, magnum aliquem virum confidere nobis-
cum crederemus, me interim quantum poteram in-
telligente ex quo illa, & quam divino fonte mana-
rent. Alibi quoque præclarissime omnino atque
verissime hoc dictum esse testatur: alibi: *Quid
tibi videntur hæc verba? Nonne ab ipsa veritate per-
quemlibet hominem dicta sunt? Ex quibus ve-
rissimum certissimumque esse, non solum ex
Augustini scriptis, sed & ipsa naturali ratio-
neliquet, quod nec ille beatus esse possit qui
non est adeptus bonum quod diligit, neque
qui malum diligit quamvis adeptus sit. Posset
ab aliquo tertium genus cogitari, ut ille bea-
tus putetur esse qui bonum adeptus sit quod
non diligit. Sed quis unquam se beatum ar-
bitratus est nisi fruendo? Nemo autem se
ullâ fruitur quam non diligit. Quis enim est
aliud, inquit Augustinus, quod dicitur frui nisi
presto habere quod diligit? Imo non diligere
verum bonum quo creatura rationalis frui de-
bet ut beata sit, explorata miseria est. Lan-
guor est enim animi, qui non aliunde quam
ex perversa rei alterius dilectione nasci po-
test. Unde præclarissime sanctus Doctor
de tribus illis generibus hominum quo
beatitudine separavimus: *Beatus quædam
exsimis,**

Lib. 13. de
Trin. 5.
cap. 6.

Lib. 13. de
Trin. 5.
cap. 6.

Epist. 112.
cap. 13.

Lib. 13. de
Trin. 5.
cap. 6.

Lib. 13. de
Trin. 5.
cap. 6.

Lib. 13. de
Trin. 5.
cap. 6.

Lib. 13. de
Trin. 5.
cap. 6.

Lib. 13. de
Trin. 5.
cap. 6.

Lib. 13. de
Trin. 5.
cap. 6.

Lib. 13. de
Trin. 5.
cap. 6.

Lib. 13. de
Trin. 5.
cap. 6.

existimo, neque ille dici potest qui non habet quod amat, qualecumque sit, neque qui habet quod amat, si nocuum sit: neque qui non amat quod habet, etiam si optimum sit. Nam & qui appetit quod adipisci non potest cruciatur: & qui adeptus est quod appetendum non est, fallitur: & qui non appetit quod adipiscendum esset egrotat.

Quæ omnia si vera & firma & explorata sunt, sequitur etiam omnia ista tria hominum genera esse misera. Nam in creatura rationali capax beatitudinis & miseria nullum inter beatam & miseram medium dari, nec utrumque simul esse potest. Miseria enim est privatio beatitudinis in natura capax, sicut malum privatio boni. Docet hoc ipsum velut rem indubitam sanctus Augustinus. Nam in eodem illo loco statim subiecit: Nihil autem istorum, trium quæ præmissimus, animo contingit sine miseria: Nec miseria & beatitudo in homine uno simul habitare consueverunt. Nullus igitur iscerim beatus est. Et in libris de Civitate Dei: Quorum ratio meritis inest aut miser esse aut beatus esse necesse est. Et de anima etiam in corpore vivente: Si vivebat nec beate nec misere quomodo rationalis erat? Et in dialogo de vita beata: Quid illud, inquam, conceditis omnem qui beatus non est miserum esse? Non dubitaverunt. Et exactius aliquanto post: Hæc est enim contraria sapientie & ita contraria, ut mors vita, ut beata vita misera, hoc est sine aliquo medio: Nam ut omnis non beatus homo miser est, cunctusq; homo non mortuus vivit, sic omnem non stultum manifestum est esse sapientem.

Ex quibus etiam sequitur in quocumque tandem istorum trium statuum condi pura natura fingatur, miseram fore sine culpa quia nullus eorum sine miseria esse potest, neque ullius culpæ pura natura rea est. Cum autem iustitia Dei non fiat, ut creatura rationalis sine culpa præcedente calamitatibus & miserijs atteratur, perspicuum etiam est in nullo istorum statuum condi posse. Sed quia de miserijs creaturæ & iustitia creatoris iustus infra disserturi sumus, ex alio capite ostendi potest, puræ naturæ statum iuxta sancti Augustini doctrinam esse impossibilem. Nam præter illos tres dictos miseriæ status, non videtur superesse nisi quartus in quo beata possit esse creatura cum videlicet & habet quicquid vult, & nihil mala seu indecenti voluntate vult. Sic enim excluditur & cruciatus non habentis, & languor non amantis, & malitia errantis voluntatis: verisque bonis impleta satiatur. Vnde rectissime sanctus Augustinus: Continuo miseri qui vel non habent quod volunt vel id habent quod non rectè volunt. Beatus igitur non est nisi qui & habet omnia quæ vult, & nihil vult male. Quod eodem in loco instantissime docet. Quare post multa in hunc sensum

disputata concludit: Ille beate vivit, quod iam superius diximus & asserendo satis firmus, qui vivit ut vult, nec male aliquid vult. Et in Epistola ad Probam post collaudata Tullij verba, Ille igitur beatus est, inquit, qui omnia quæ vult habet nec aliquid vult quod non deceat. Quam suam doctrinam tanti fecit, ut in ea arcem philosophiæ sitam esse testetur. Nam cum piissima sua matre disputans eam interrogat: Quid & Omnis qui quod vult habet beatus est? Tum mater: Si bona, inquit, velit & habeat beatus est. Si autem mala velit, quamvis habeat, miser est. Cui ego ardens atque gestiens: Ipsam inquam proorsus mater arcem philosophiæ tenuisti. Summa est igitur omnium, illum beatum esse qui vera bona quæ amat etiam possidet. Quæ verba ibidem loco volendi, & habendi Augustinus usurpat. Hoc est enim rebus recta voluntate concupitis & adeptis frui: eoque redit oratio, sicut ante diximus, quod beatitudo duas actiones secum trahat, ut velit seu appetat rectè videlicet voluntate & appetitum possideatur bonum.

Qua sancti Doctoris præmissa disputatione tanquam verissima & in qua pleraque doctrinæ capita fundata sunt, status puræ naturæ possibilitas multis modis labefactatus corrumpit. Nam sive imperfectam sive perfectam ejus beatitudinem, hoc est sive dilectionem boni, quod rectè voluntate appetendū est, ut beetur, sive ademptionem ejus fruitionemque spectemus, nihil mortuum in isto quarto statu puræ naturæ obtineri potest, sed tantummodo per supernaturalem potestatem & gratiam Dei. Quod cum ostenderit, simul perspicuum erit, nec in ullo alio trium statuum in quibus non beatitudinem sed miseriam tantum esse posse diximus puram creati posse naturam. Nam in primo, in quo non habetur quod bene diligitur includitur etiam dilectio veri boni, hoc est voluntas bona: In secundo ubi habetur, quod malè diligitur, voluntas mala: in tertio ubi non diligitur quod habetur bonum, hoc ipso quo deest voluntas bona quæ adesse debet adest etiam voluntas mala. Sed neque bonam voluntatem puræ natura dare potest, neque Deus conditor ejus malam, quarum alterutra semper adest necessario, atque ita utrimque status puræ naturæ interimitur. Vt igitur ordine procedamus, declarabimus primo non posse naturam rationalem in puræ naturæ statu, juxta sancti Augustini mentem institui ex ratione ultimi finis, quem connaturaliter respicit, sive ut appetendum sive ut fruendum. Vnde duplex argumentum nascitur, unum ex parte appetitus, sive dilectionis ultimi finis, alterum ex ratione fruitionis ejus.

CAPVT TERTIVM.

Primum argumentum contra statum puræ naturæ ex ordine creaturæ rationalis ad Deum ut principium & finem, sine cuius amore condi non potest.

Handwritten marginal note:
L. 1. p. 1. 1.

P R I M Û igitur certum esse arbitror, & verò etiam apud Scholasticos inconfesso, non posse produci à Deo connaturali modo creaturam rationalem, quin propter finem suum ultimum connaturalem producat; ita videlicet ut ei vero sinceroque amore suâ voluntate conjungatur, vel certe, ut à controversijs abstrahamus, ut talibus subsidijs instructa sit, ut in eum nutum suæ voluntatis convertere vel ab eo avertere possit. Hòc enim postulat & ratio divinæ providentiæ quæ cum perfectò operetur modo, cuncta ordinat in aliquem, ultra quem non licet progredi finem, & ipse ordo rerum connaturalis, quæ sicut ab aliquo primo principio egredi debent, ita ad aliquid velut ultimum terminari. Hic autem connaturalis creaturæ rationalis & ultimus finis, nec est nec esse potest aliud, quam unus & verus Deus, ut vero amore diligendus. Cuius rei ratio quantum ad amorem voluntatis attinet, ut de beatitudine hic superseadam, non est alia nisi quia creatura rationalis non potest produci cum distorta perversa malaque voluntate, nec voluntas ejus recta & iusta & bona esse potest, nisi Deum suum ultimum suum hoc est ipsam rectitudinẽ seu normam omnis rectitudinis ac bonitatis diligat: à quo centro suo si aberrat & aliud velut ultimum diligat necesse est, sicut perversam, distortam ac malam, ita etiam inquietam fieri, velut quæ quietem extra naturale centrum appetiverit, juxta illud Augustini: *Resisti vos ad te, & inquietum est cor nostrum donec requiescat in te.* Hæc enim inquietudo non ex ulla superaddita Dei ordinatione, sed ex ipsa naturæ rationalis conditione seu creatione nascitur; quæ sicut non potuit eadem manens propter seipsam, vel propter Angelos creari, sed propter Deum, ita nec potest in ullius rei creatæ amore conquiscescere; non magis ac lapis extra centrum suum. Sæpè enim ulterius argetur pondere suo tanquam cui deest id, quod ejus naturæ quietandæ præstiturum est. Sicut autem creaturæ rationalis sine centri illius connaturalis dilectione quieta esse non potest, ita neque recta, neque iusta neque bona. Est enim rationalis anima, seu generaliter rationalis creatura naturaliter inter Deum & inferiora constituta, in qua mediocritate nisi affectu seu dilectione manserit, sed dum à Deo, vel ad seipsam, vel ad inferiora declinaverit necessario naturalis ordo pervertitur, ipsaque creaturæ rationalis reditendo distortetur, & hoc ipso fit ipsa perversa distorta & mala. Vnde Augustinus: *Omnia natura in orbe suo*

gradibus suis pilebra sunt, sed de superioribus in quibus rationalis animus ordinatus est, ad inferiora non est declinandum. Nec quisquam hoc facere cogitur, & ideo si fecerit sine iusta defensione puniatur. Non enim hoc committit invidus. Et in libro sexto de Musica: Nos ipsos inter illa quæ infra nos sunt, & illa quæ supra nos sunt, ita Deo & Domino nostro optulante ordinemus, ut inferioribus non offendamus, solis autem superioribus delectemur. Hoc est, ut nihil dilectionis ex inferioribus ea diligendo venemur, sed tantummodo ut non offendant nos; delectatio enim velut pondus animam in locum suum naturalem ponit aut deiecit. Vnde adjicit: Delectatio quippe seu amor, quasi pondus anime. Delectatio ergo ordinat animam. Hic autem locus naturalis creaturæ rationalis est supra corpora infra Deum; in quo ordine si dilectione permanet necessario bona & recta est, si recedit, mala. Sane, inquit ad Celestium, quoniam te novi, accipe hoc quoddam grave & breve. Est natura per locos & tempora mutabilis, ac corpus, & est natura per locos nullo modo, sed tantum per tempora etiam ipsa mutabilis ut anima (sub qua omnem creaturam rationalem subinde solet comprehendere) & est natura quæ nec per locos nec per tempora mutabilis potest, hoc Deus est. Quod hic insinuavi quo quo modo mutabile creatura dicitur: quod immutabile creator. Vides profecto ipse ista distributione naturarum quod summe sit, quid infimè, & tamen sit, quid mediè, minusq; infimè, & minus summo.

Iam videamus quid ex illo naturali ordine creaturæ rationalis conficere velit: summum illud est ipsa beatitudo, id est, Deus ipsa beatitudo. Infimum quod nec beatum esse potest nec miserum, scilicet creatura corpora irrationalis. Quod verò medium, id est anima vivæ inclinatione, id est dilectione ad infimum, miserè: conversione ad summum beatè vivit. Nimirum quia inclinatione ad infimum, seu dilectione infimi malè perversèque vivit, conversione ad summum rectè ac beatè, hæc enim ratio est cur miserè & beatè. Vnde causam istius miserie atque beatitudinis fugiendam admonens: *Qui, inquit, Christo credit non diligit infimum non superbit in medio, scilicet seipsum diligendo, atque ut summo inherere sit idoneus; & hoc est totum quod agere iubemur, moremur, accendimur. Hoc est, in eo nota iustitia & bonitas & rectitudo creaturæ rationalis comprehenditur. Cujusmodi doctrinam & alijs locis tradit, eo videlicet scopo ut intelligamus naturaliter animæ rationali in illa mediocritate permanendum esse ut quemadmodum naturaliter mente rationali bellatandi, creaturæ creatæ intercedit natura hominis, quæ verò solum Deus est maior: ita quoque*

Lib. 1. Cap. 1. 1.

Lib. 1. de Serp. 10. 1.

quoque affectu dilectionis seruet medicem illam ut nullis, ne sibi quidem sed soli Deo sese subijciat. Nam hoc ipso quo aliter facit egreditur ordinem suum & non potest non esse peruersa, distorta maleque voluntatis. Nam hoc ipso quo relicto superiori bono ad quod conuerti naturaliter debet, seipsum respicit, superbus efficitur, hoc ipso quo se inferiora, carnalis. Audi Augustinum identidem hac inculcantem. Nam de animo seipsum amante ita loquitur: *Cum seipso quasi suo bono animus gaudet, superbus est. Quam rationem superbiae in eo sapere ponit quod anima non potestatem incommutabilis veritatis sed sua sibi dominantis potestate delectetur: ita videlicet explicans quid sit animum suo quasi bono gaudere. De anima vero ad inferiora, hoc est, corporea conuertente amorem suum: Vita que fructu corporis delectata negligit Deum inclinatur ad nihilum & ista est nequitia, qua de re alibi diximus. Virumque vero rationalis amoris flexum siue ad seipsum siue ad inferiora cõplectens, præclare dicit: Anima ad ea que amant properecuntur ut perueniendo requiescant. Et multa quidem per corpus delectant, sed non est in eis æterna requies, nec saltem diuturna, & propterea magis sordidant animam & aggravant potius, ut sincerum eius pondus quo in superna fertur impediatur. Cum ergo anima in seipsa delectatur nondum se incommutabili delectatur, & ideo adhuc superba est, quia se pro summo habet cum superior sit Deus. Nec in tali peccato impunita relinquitur, quia Deus superbia respicit, humilibus autem dat gratiam: cum autem Deo delectatur, ibi veram, certam invenit requiem quam in alijs que rebat nec inveniebat. In quibus verbis, corpore, seipso, ac Deo delectari, non est aliud quam in corpus, in seipsum, in Deum per se expetitur amoris impetu ferri. In eo quippe quod per se expetitur, animi delectatio conquiescit.*

Ex qua doctrina Augustini frequentissima & securissima nascitur quod peccati cuiuscunque formalem, rationem in eo collocare solet Augustinus quod animus amorem suum ad supernis, quibus ordine naturali subditur, ad seipsum vel ad inferiora convertit: Ea qua dicitur a veritate atque sapientia (id est Deo) separatio peruersa voluntas, qua inferiora diliguntur. Et alibi adversus pestem Manichæam: Propterea nihil sunt que facta sunt, cum superiora ad inferiora declinat ubi est omne peccatum & omne quod dicitur malum. Et rursum: Est quoddam hominum quod si diligit anima rationalis peccat, quia infra illam ordinatum est. Quare ipsum peccatum malum, non ea substantia, qua peccando diligitur. Et iterum alibi: Voluntas aversa ab incommutabili & communi bono & conversa ad proprium bonum aut ad exterius aut ad inferius peccat. Nimirum quia ut alibi dicit: Quisquis quod seipso est deterrus sequitur, sit & ipse deterior, quæ tanquam peccati ratio in ipsa æterna & incommutabili lege fundata est, illa quippe iubet, ut omnia sint ordinatissima: illa est quæ ordinem naturalem conservari iubet, perturbationem verat. Ordo autem naturalis hoc ha-

bet, ut sicut animus rationalis summo Deo velut principio & fini suo naturæ lege subiectus est ceterisque præpositis creaturis; ita illi soli casto amore inhaereat & subdatur, eique soli inhærendo ceteris omnibus supervolites, non eis inhaereat diligendo, sed Deum diligens per ea transeat utendo. Eadem quippe æterna lex iubet avertere amorem a temporalibus & eum mundanum convertere ad æterna. Qua de re alibi fufius & plenius à nobis disertum est.

Ex his itaque perspicuum & certum est ex ipsa naturæ rationalis institutione proficisci, & in ejus essentia fundatum esse, ut amorem suum soli Deo summo principio & ultimo fini suo debeat, nec eum possit ullâ ratione, ullâ dispensatione, ullâ naturæ suæ vel elevatione vel depressione ad seipsam vel ad inferiora convertere. Hoc enim ipsa æterna & immutabili Dei lege dictante & damnanter peccatum est, & ex illa radice omnis peccati ratio, quæ vel in hominibus vel in Angelis invenitur aut inveniri potest, proficiscitur: ut sanè non alia hujusce præcepti naturalis ratio sit, quam illius quo iubetur indispensabiliter adorare & colere unum Deum. Nec mirum cum adorationis & amoris prohibitio ex eadem radice nascantur. Vtriusque quippe radix est, quod mens rationalis creaturis omnibus prælato, soli Deo naturæ ordine atque dignitate subiecta sit tanquam principio & fini suo: Vnde illi soli sicut amorem principij ac finis, ita & hujusmodi cultum seu servitutem debet. Quod sicut de amore supra diximus; ita de adoratione Augustinus: Quisquam admodum sciendum est animam humanam non esse quod Deus est: ita præsumendum, nihil inter omnia qua creata, Deo esse proprium. Ideo que divine ac singulariter in Ecclesia Catholica traditur nullam creaturam totandam esse anima, sed ipsum tantummodo terum que sunt, omnium creatorem, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia &c. Et infra: Deus igitur solus ei colendus est. Que doctrina eo verior solidiorque est quod verus & sincerus & Deo gratus cultus ipsius Dei non est alius, quam amor ejus, juxta illud Augustini de quo alibi plura diximus. Pietas, cultus Dei est nec colitur ille nisi amando. Quisquis enim Deum non amans colit, aliud respicit amando, non Deum quem colit. Ex quo fit ut sicut amor Dei dilutiorem quemdam affectum creaturis impendi non vetat, quem usum seu affectum utendi dicimus; ita & adoratio seu cultus Dei decoloratiorem quandam submissionem creaturis excellentibus exhiberi sinit, dummodo sicut usus in amoris terminum, ita & cultus ille, in omnium excellentiæ & adorationis fontem refundatur.

Et hæc tenus quidem principia immobilia sunt qua nec Scholastici quidem, quantum arbitror, negaverint, cum in lege æterna & immutabili omnia fundata sint, & à Philosophis quoque Gentilibus nonnihil agitata atque admitta. Ex quibus tantum hoc concludimus naturam, rationalem non aliter institui posse quamdiu rationalis manet, quam

Lib. 1. de lib. arb. c. 22.
Vide latius lib. 2. de statu nat. lapsæ c. 12. 13. 14. & seq.

Lib. de quæst. anima c. 14.

Epist. 120. c. 12.



ut quemadmodum naturæ ordine Deo velut primo principio suo ex quo proficiscitur & ultimo fini suo ad quem ordinatur, subiecta est, ita eundem casto amore diligere teneatur, ut eum diligendo à quo habet, ut sit, bona sit, eoque tandem perficiendo etiam beata.

Ex quo suo consequenter sunt consecrata. Primum creaturam illam, hoc ipso quo relicto incommutabili principio ad se ipsam vel ad inferiora convertere voluerit amorem illum suum, sine dubitatione peccaturam. Nec enim aliud peccatum creaturæ rationalis est, ut ex ante dictis patuit, quam ad inferiora converti.

Alterum est non posse creaturam rationalem sine eodem illo amore creatoris iuxta doctrinam Augustini produci. Cujus ratio est quia hoc ipso quo illo principij sui amore caret, velut pondere, quo in locum suum connaturalem urgeatur, distortæ peruersæque voluntatis est. Necessè est enim ut aliquid voluntas diligit, hoc est, ut anima ad aliquid sese moveat appetendo vel fugiendo. Vnde Augustinus tanquam necessarium concludit, *animas aut carere vitâ, & animas non esse, neque quicquam velle seu nolle, appetere vel fugere: aut si viverent, ut & animas esse possent & aliquid tale agere nullo modo eas nisi vita vivere.* Et paulò post animam vocat spontaneam & viriditatis motum. Hinc & libro de substantia dilectionis dicitur: *Vita cordis amor est, & idcirco omnino impossibile est, ut sine amore sit cor quod vivere cupit.* Et præclarissime sanctus Fulgentius post præceptorem discipulus: *Voluntas porro creaturæ rationalis sine qualicumque amore non potest esse. Nec sic potest diligere, ut amorem suum non velit ad aliquid religere: quæ inter summum bonum à quo creata est; & infimum bonum cui prealata est medio quodam loco posita, profectò aut in infimo bono necesse est miserabiliter taceat, aut in summo bono veraciter feliciterque requiescat. Quodam enim amore rapitur, seu cum obedientia sublevarur & creatori bono bene subicitur, sive cum superbia deprimitur, ut creatura bona malè dominetur. Vbi ad illam divisionem amoris respicit Fulgentius, quæ creatura vel Deum diligit vel seipsam. Seipsam quippe primam post Deum diligit & à se ad alia diligenda progreditur. Se verò diligere, hoc est, seipso, suoque bono gaudere, ut suprâ dixit Augustinus, *superbia est.* Si igitur mens rationalis sine creatoris amore producat, necesse erit ut vel seipsam, vel aliud à se diligit, & consequenter ut seipsam ante diligit. Nec enim aliud à se voluntas diligit, nisi prius diligit se, ut alibi ex Augustini mente declaravimus. Verumvis autem fecerit malæ voluntatis erit. Quod sicuti iuxta suprâ dicta Augustini principia, quæ de peccati natura & ratione tradidit manifestum est, ita iuxta eundem æquè certum est, hoc ipso peruersam & malam futuram rationalem creaturam, quo Deum voluntate non diligit. Voluntas enim non diligens Deum, sive actu*

A sive habitu, non nisi mala & peruersa esse potest, quia non diligit id quod eam æterna lex diligere iubet. Audi disertissimis verbis præcipientem dictis meis Augustinum: *Mirum si Lib. 2. de voluntas potest in medio quodam ita consistere, ut nec bona nec mala sit, aut enim iustitiam (hoc est, Deum, ut dicturi sumus infra) diligit, & bona est, & si magis diligimus, magis bona, si minus, minus bona est: aut si omnino non diligimus, non bona est. Quis verò dubitet dicere, voluntatem nullo modo iustitiam diligentem non modo esse malam, sed etiam pessimam voluntatem? Vnde & alibi de Angelis cum crearentur: quid erant sine bona voluntate nisi mali? Et oppositionem immediatam inter iustitiam & iniustitiam, hoc est, bonitatem malitiamque creaturæ rationalis ratione videlicet utentis tradidit: *Dic quas te, inquit, nomine faciebatur eum qui non est iustus, iniustum esse; & qui non est prudens, imprudenter esse; & qui non est temperans, intemperanter esse? An dubitari de his aliquid potest? Respondet ei Evodius; Fateor hominem quando iustus non est iniustum esse: hoc etiam de temperante & intemperante responderim. Iustus autem esse nemo potest, nisi iustitiam diligit: quam propterea si non diligit iniustum & malum consequenter esse necessarium est. Sed sive non habendo bonam illam voluntatem, hoc est, amorem creatoris, creatura cum creator mala esset, ut videtur aperte sentire Augustinus; sive certe non bona; non satis est ad amorem illum habendum obstrictam esse creaturam, ut quemadmodum ex æternæ legis præscripto debet principium & finem suum, unum & solum Deum super omnia amet & colat.**

Scio equidem confestim hinc Scholasticorum cogitationibus occurruram solemnem illam distinctionem suam de amore Dei naturali & supernaturali. Deberi siquidem creaturæ rationali naturalem amorem principij ac finis sui quo super omnia Deum diligit, eumque diligendo naturalia ejus præcepta custodiat, nullo vero modo deberi amorem illum qui naturæ vires superet, & creaturam ad statum supernaturalem elevatam esse supponit. Scio hæc, sed scio etiam in universis operibus Augustini vel cujusquæ antiqui Patris qui ante Scholasticorum adventum floruit, in ullius Concilij Canone vel doctrina, in ullius sacri libri pagina; nullum hujus distinctionis esse vestigium sed Philosophiæ humanæ viribus esse excogitatum. Est enim antiquis omnibus gratiæ defensoribus inauditum & aliquid hujusmodi quod ipso vocabulorum sono exhorrescerent, amorem scilicet creatoris posse naturæ viribus obtineri. Quapropter & nobis antiquæ fundatissimæque doctrinæ quam sanctus Doctor tradidit hunc secundo fatagendum est, ut ostendamus multis argumentis ab Augustino suppeditatis amorem illum creatoris, sine quo creatura rationalis institui nequit, non posse in creatura fieri sine vera & propriè dicta gratia Dei.

Lib. de div. animab. c. 1.

Cap. 3.

Lib. de substantia dilect. c. 6.

Lib. 1. ad Antoninum.

CAPVT QVARTVM.

Ostenditur amorem illum sine quo creatura rationalis condi nequit per veram gratiam inspirari debere: idque primo, ex amore veritatis.

QUOD quidem primò inde perspicuum fieri putamus, quia amor ille sine quo creatura rationalis in quocunque fingatur statu esse nequit, non potest cum ulla probabilitate depressior aut decoloratior cogitari, quam ut per eum creatura quamvis non trinum & unum Deum, non Spiritum à Patre Filioque procedentem, non Filium incarnatum diligat, certè tamen inter veritatem & falsitatem constituta veritatem sibi de rebus agendis affluentem castè & sincerè diligere possit, illius regulis animum assigere illam corde retinere, ne in falsa vel sentienda vel agenda rapiatur. Quid autem boni diligere naturaliter poterit si hoc non poterit? Sed illa ipsa casta dilectio veritatis est effectus gratiæ Dei, nec humanis viribus obtineri potest. Tradit hoc aperitissimè Augustinus, naturalibus freris rationibus adversùs homines nihil omino de divina gratia, nihil de elevatione naturæ suæ ad statum supernaturalem cogitantibus, sed gravissimis meritis erroribus, quibus eum non à Deo bono, sed malo principio profluxisse statuebant, hoc est, adversùs Manichæos. Nam cum eos pedetentim eo ducere vellet, ut faterentur & esse Deum & hominem esse posse sapientem, hoc est bonum ac beatum nihil aliud proferret, quam esse quasdam regulas veritatis ut studentiam esse sapientiam, iusto esse vivendum, Deiora melioribus esse subdenda, Paria paribus comparanda, Propria suis quibusque tribuenda, A corruptione animum averitendum, & huiusmodi quas quilibet non nimum vitij cœcatus ac depravatus, tanquam regulas & lumina virtutum supra mentem suam immutabiliter fulgere cernit & ad sapientiam bonitatemque animi pertinere non dubitat. Illæ autem regulæ æternæ & incommutabiles in ipsa sempiterna veritate quæ Deus est, lucent, vel ipsa potius æterna veritas sunt, quæ mentibus vitio non obcœcatis desuper splendet & omnibus velut publicum lumen præsto est, & omnibus naturæ dignitate excellentior supereminet. Agit hoc magno conatu Augustinus non exigua parte libri secundi de libero arbitrio: Quapropter, inquit, nullo modo negaverim esse incommutabilem veritatem, hæc omnia quæ incommutabiliter vera sunt continentem, quam non possum dicere tuam vel meam, vel cuiusquam hominis, sed omnibus incommutabilia vera cernentibus tanquam miris modis secretum & publicum lumen præsto esse, ac se præbere communiter. Et paulo post: Hanc ergo veritatem de qua iam diu loquimur, & in qua una tam multa conspiciamus, ex-

A excellentiorem puras esse quam mens nostra est, an æqualem mentibus nostris an etiam inferiorem? Et cum invictè probavisset esse superiorem, eo quod secundum ipsius veritatis immutabiles regulas quas communiter cernimus judicemus quid quid judicamus, de ipsis verò nullo modo quis judicet, tanquam re confectâ, concludit. Quare si nec inferior nec æqualis est, restat ut sit superior atque excellentior. Et proinde veritas illa incommutabilis verus Deus est, de quo invento triumphans: Ecce tibi est, inquit, ipsa veritas, mente scilicet sublimior: amplectere illam si potes & frueri illa, & delectare in Domino & dabit tibi petitiones cordis tui. Quid enim petis amplius quam ut beatus sis, & quid beatius eo qui fruatur inconcussa & incommutabili, & excellentissima veritate. Et paulo inferius: Et non in luce veritatis beatam vitam collocare motumus? Imo vero quoniam in veritate cognoscitur & tenetur summum bonum, eaq; veritas sapientia est, cernimus in ea tenemusq; summum bonum, eaq; persruamur. Beatus est quippe qui fruatur summo bono, hæc enim veritas ostendit omnia bona quæ vera sunt, quæ sibi pro suo capto intelligentes homines vel singula vel plura eligunt quibus fruuntur. Et rursum: Hæc est libertas nostra cum illi subdamur veritati, & ipse est Deus noster. Et infra: Si aliquid est excellentius veritate, ille potius Deus est; si autem non est iam ipsa veritas Deus est. Cujus discursus veritatem atque soliditatem quam multis alijs in locis Augustinus facit, & de quo invento tibi magnopere gratulatur, admiratus Evodius, quicum disputat tanquam de invento Deo tam propinquo mentibus nostris, in cuius sempiternæ veritatis communibus regulis discernere sentiebat quicquid verum de virtutibus cerneret; Ego verò, inquit, incredibile omnino & quam tibi verbis explicare non possum, lætitia persusus accipio ista & clamo esse certissima. Clamo autem voce interiore quæ exaudiri cupio ab ipsa veritate & illi inherere dilectione scilicet quod non solum bonum, sed etiam summum bonum & beatissimum esse concedo.

Et hæcenus quidem vidimus, Augustinum luculentissimè probatè esse Deum ex ipsis incommutabilibus regulis veritatis, seu ex seipsa quæ in illis virtutum regulis ac luminibus incommutabiliter fulget veritate, qua mens cujuslibet eam cernentis, raptim velut ictu coruscationis attingitur. Quam doctrinam si quis abjectioribus Aristotelicæ philosophiæ conceptibus assuetus fortassis minus capit, sciat ille in Augustino esse solemnissimam, creberrimam, celeberrimam certissimamque: quæ neq; negari neq; turbari potest, nisi potissimas bases doctrinæ ipsius, quam de Deo sexcentis locis

Ibidem.

Cap. 13.

Ibidem.

Cap. 14.

Lib. 2. c. 15.

Lib. 2. c. 15.

Lib. 2. c. 15.

locis in suis operibus tradit, labefactatas velit. A Qua de re si locus flagitaret vel necessitas posceret, non nisi difficile esse integrum volumin ex ejus doctrina texere sicut jam diu mihi animus fuit. Sed rem pulcherrimam, gravissimam, divinissimamque, maturiori adhuc ætati servo ac tempori magis vacuo ab occupationibus, tum usgentibus de divina gratia, tum Episcopalibus, quæ me suo quotidiano recurſu ac mole premunt.

Nunc ergo videamus id cujus causa ista diximus, videlicet, animum esse non posse sapientem, justum, bonum, sed tantummodo distortum ac pravum, nisi incommutabiles illas regulas sapientiæ justitiæque diligat: & istam dilectionem esse effectum veræ & supernaturalis gratiæ Dei.

Et primum quidem ex eadem Augustini contra Manichæos dissertatione perspicuum est. Cum enim ibidem tradidisset, corpora inter creata bona esse infimum bonum, liberam voluntatem medium, usum verò bonum voluntatis, hoc est virtutem esse summum bonum ita pergit post multa interposita: *Voluntas ergo qua medium bonum est cum inhaeret incommutabili bono, eique communi non proprio, sicut est illa de qua multum locuti sumus, & nihil dignè diximus, veritas, tenet homo beatam vitam, scilicet beatitudine non patriæ tantum, sed etiam hujus vitæ ac viæ, eaque ipsa vita beata, id est animi affectio inhaerentis incommutabili bono, proprium & primum est hominis bonum. In eo sunt etiam virtutes omnes quibus male uti nemo potest. Nam hæc quamvis magna in homine & prima sint, propria tamen esse uniuscuiusque hominis non communia satis intelligitur. Veritate enim atque sapientiâ que communis est omnibus omnes sapientes & beati sunt inhaerendo illi. Et uberius expressiusque paulo post: Neque prudentiâ cuiusquam sit prudens alius, aut fortis fortitudine, aut temperans temperantiâ, aut iustus iustitiâ hominis alterius quisquam efficitur. Quo modo igitur sit aliquis prudens, seu sapiens, fortis, temperans, justus? Audi: Sed cooperando animum illi incommutabilibus regulis luminibusque virtutum, quæ incorruptibiliter vivunt in ipsa veritate sapientiæque communi, quibus & ille cooperavit & fixit animum, quem illis virtutibus præditum sibi admittendum proposuit. Ecce luculentissimè declaratum non aliter fieri posse sapientem & justum & fortem ac temperantem animum, quam eum amoris vinculo affigendo regulis illis luminibusque virtutum quæ sempiternâ & incommutabili & communi veritate omnibus cernentibus præsto sunt. Nam veritatem incommutabilem illarum regularum diligendo, fit ipse animus veritati dilectæ similis, quæ in singulis virtutum luminibus luget, sapiens, temperans, justus, fortis, eoque sapientior, temperantior, justior, fortior, quò illis inhaeret firmiter, ac delectatur ardentius.*

Quæ sanè doctrina non solum Augustini autoritate, sed ipso quoque naturali lumine rationis; ex quo totus ille discursus est haustus & pendet, videtur esse certus ac perspicuus. Quid enim amplius flagites ut animus

rectus sit, ut justus, ut fortis, ut temperans, quam ut veritatem incommutabiliter singularum virtutum præscripta dictantem, sincerissimè, castissimè, ardentissimèque diligat, & præter ipsam nihil diligat? Quis animus rectior & erectior, & ab omni terrena fæce incorruptior cogitari, quis Deo similior fingi potest? Ipse enim est veritas incommutabilis sicut ipsa incarnata veritas dixit, *Ego sum veritas, & ipsa veritas est sapientia*, ut Augustinus subinde dicit. Diligendo ergo sincerè, solum ipsam regularum istarum veritatem mente suâ præstantiorem, nihil aliud sanè quam Deum incommutabilem diligit, utpote qui nihil est aliud nisi illa veritas quam videndo mente contingit: sicut Augustinus tunc isto loco, tum alijs plurimis ex professo docet.

Vnde & in libro ad Honoratum: *Cum sapiens sit Deo ut mente conjunctus ut nihil interponatur quod separet, Deus est enim veritas, nec ullo pacto sapiens quisquam est si non veritatem mente contingat: negare non possumus inter stultitiam hominis & sincerissimam Dei veritatem medium quiddam interpositum esse vobis sapientiam, cui scilicet credendo paulatim ad videndam quoque ipsam veritatem illam incommutabilem, quam sapiens videt ac diligit manu quasi ducatur. Et alibi: Hæc est autem vera dilectio ut inhaerentes veritati in se vivamus.*

Ex quo jam facillè intelligitur, cù Augustinus generaliter perverſam seu distortam voluntatem nihil aliud esse dicat, quàm separationem à veritate: *Ea quæ dicitur à veritate atque sapientiâ separat, perverſa voluntas est, quæ inferiora diligitur.* Nimirum quia sicut voluntas veritatem diligens, non potest vel esse nisi recta vel cogitari, ex quo fit ut opus bonum facere juxta Scripturam sit a facere veritatem, & b ambulare in veritate, & diligere veritatem: ita voluntas abruptens veritatis illius dilectionem, & ab ea se separans, non potest vel esse vel cogitari nisi distorta atque perverſa. Vnde Augustinus: *Interſic in te quicquid contrarium est veritati. Et de diabolo Christus: In veritate non stetit.* Et ista quoque ratio est cur Augustinus tam solemniter designat peccatum non esse aliud quàm diffidium, factum vel concupitum contra æternam legem. Lex enim æterna nihil est nisi ipsa veritas Dei, seu ut expressius dicam veritas Deus, juxta illud Augustini. *Lex tua veritas, & Veritas Tu.* Cujus veritatis tanquam æternæ legis lucem sibi fulgentem & faciendâ dictantem cum videt, suâ voluntate deserit, necessario voluntate pervertitur, distortuè, fit pravus & perverſus & peccat, in quocunque naturæ statu homo esse fingatur.

Sed jam alterum illud videamus, unde casta ista dilectio veritatis quæ in æternis illis virtutum regulis luget, & sine cujus dilectione sapientem aut justum aut temperantem esse, aut ullâ virtute imbui impossibile est: an viribus puræ naturæ, quibus conspici possunt, possunt etiam diligere, sicut Philosophorum Scholasticorumque, nonnullorum confirmat eruditioſ

Lib. 2. de lib. arb. c. 19.

Lib. 2. de lib. arb.

Lib. 2. de lib. arb.

Lib. 2. de lib. arb.

Lib. 2. de lib. arb.

Lib. 2. de lib. arb.

Lib. 2. de lib. arb.

Lib. 2. de lib. arb.

Lib. 2. de lib. arb.

erudicio? Audire Augustinum gratiam Dei etiam in ista dilectione qua regulis illis incōpurabilibus aeternae veritatis animus affigitur, & corrigitur, praedicantem: Nam illa ipsa, quam attulimus disputatione loquitur, disertisque verbis se gratiam Dei etiam tunc in istis virtutibus, qua veritatem ita consideratam diligendo comparantur, se praedicasse testatur: *Quam vis & in his libris, qui non contra illos omnino (Pelagianos hostes gratiae) sed contra Manicheos conserpti sunt de libero arbitrio, non omnino de ista Dei gratia reticimus, quam laudandae impietate conantur auferre. Diximus quippe in secundo libro, non solum magna (id est virtutes illas qua reguntur illas aeternas diligendo conferuntur animo) sed etiam minima bona non esse posse, nisi ab illo à quo sunt omnia bona, hoc est, Deo. Et paulò post: Virtutes, inquam, quibus rectè vivitur magna bona sunt &c. quare abundantia & magnitudo bonorum Dei non solum magna, sed etiam media & minima bona esse praesertim. Magni*

laudanda est bonitas eius in magnis, id est virtutibus illis quam in medijs, qualis est voluntas & omnes animi potentiae. Quibus verbis veram se Dei gratiam praedicasse in virtutibus conferendis, & majorem quam est illa qua voluntas & ratio & facultates animi collocatae sunt, quae non nisi naturalis creationis gratia est, ipsemet diserte, ut audivimus profertur. Cum ergò non possit ulla naturalior, ulla inferior, ulla dilutior dilectio Dei in pura natura viribus cogitationis fingi ut animus rebus fiat quam illa, qua diligitur ipsa virtutis cuiusque rectitudo, hoc est veritas incommutabilem luminum uniuscujusque virtutis, qua facienda praescribuntur, nec illa viribus humanis haberi queat, sed dono Dei, nec sine illa rectus, sed tantum à veritate ac Deo distortus, ac perverfus esse possit, perspicuum est non posse naturam rationalem sine dono gratiae supernaturalis institui.

CAPVT QVINTVM.

Secundò, ex amore iustitiae.

SECUNDA probatio ex eadem poenè radice, loc est, ex dilectione iustitiae proficitur. Cum enim creatura rationalis institui non possit à Deo nisi cum voluntate aliquo modo ordinata ad creatorem consequenter fieri nequit, ut sine dilectione iustitiae producat: hoc est voluntas eius dilectione iustitiae & quietatis imbuta esse debet quando producit vel certe quod in idem redit ita robusta esse debet, sive interis facultatis ipsius viribus, sive assistente externo auxilio Dei, ut inter iustitiam & iniustitiam velut in bivio constituta, iniustitiam in omnibus operibus suis fugere & iustitiam diligere possit. Hoc enim si virium imbecillitate non possit certissimum est creaturam rationalem nullo modo peccaturam, vel certe omnia eius peccata velut per canalem recursura in autorem Deum. Viribus enim caret, quibus ea declinare & iustitiam diligendo bonum facere possit. Rectissime enim Augustinus: *Ex eo quod non accepit nullus reus est; ex eo vero quod non facit quod debet, iustus reus est. Debet autem, si accepit & voluntatem liberam & sufficientissimam facultatem. Et iterum: Si hoc debet quisque quod accepit, & sic hinc factus est ut necessario peccet, hoc debet ut peccet. Cum ergò peccat, quod debet facit. Quod si secus est dicere neminem naturam à sua cogni ut peccet. Et iterum: Si non recedunt ab eo modo quo naturaliter factus est ita ut melius esse non possit, ea qua debet facit cum haec facta. Vnde de Angelis & primo homine discretissime sanctus Doctor dicit: Si hoc ad iuramentum (permanendi in bona voluntate) vel Angelo vel homini cum primum facti sunt defuisset, quoniam non saluatur a facta creatura, ut sine divino adiutorio possit manere, si vellet, non utique sua culpa cecidissent. Aut iuramentum quippe defuisset sine quo ma-*

nere non possent. Certissimum igitur esse debet creaturam rationalem produci non posse quin liberam suam voluntatem iniustitiam declinare & iustitiam diligere possit sicut aeternae & indispensabilis legis praecipuum iuber.

Iam verò ista dilectio iustitiae, cuius robore peccata fugiantur, & praecipua fiant, nullo modo potest à creatura rationali obiri, nisi per veram & proprie dictam & supernaturalem gratiam Dei. Docet hoc diversis locis Augustinus, apertissimeque tradit dilectionem illam qua voluntas diligit ipsam iustitiam praecipui & ex illa dilectione iustitiae aliquod bonum opus facit, non esse aliud nisi charitatem illam quam diffundit in cordibus nostris vera gratia Spiritus sanctus qui datus est nobis. Declaravimus hoc nonnullis testimonijs Augustini evidentibus, cum de operibus infidelium tractavimus. Sed quia doctrina ista praclarissima & ex profundissima veritatis penu hausta quibusdam Neotericis nimis incredibilis videtur & Aristotelis principijs nimis adversa, cogimur adhuc paulò uberius Augustini constantiam in ea asserenda tuendaque demonstrare. Et sane si nihil aliud proferremus nisi solum librum de Spiritu & littera Sermoneque decimum septimum de verbis Apostoli, ex quibus loco citato testimonia nonnulla delibavimus, nihil amplius desiderari possit. Sic enim loquitur capite illius libri decimo: *Confugiamus per fidem ad iustitiam gratiam. Et quis effectus illius gratiae? Ut per donum Spiritus sancti iustitiae delectati poenam huius munditiae evadant. Ecce ipsa delectatio iustitiae effectus gratiae, ac donum Spiritus sine ullis ambagibus asseritur. Nec initium tantum sed & incrementum dilectionis iustitiae ex eodem fonte*

*Vide sup. l. 3
de statu nat.
l. 16.*

*lib. de ept.
l. 10.*

Ibidem.

Cap. 14.

Cap. 29.

Cap. 30.

Cap. 31.

Ibidem.

Cap. 31.

L. de nat.

& grat.

cap. 37.

Handwritten marginal note in Latin script.

fontē proficiuntur: Per legem scī quisque cognoscit, siquid bene vivit, Dei gratia se habere. & ut perficiatur in dilectione iustitiae, non se aliunde consecraturum. Et infra: Mandatum si sit timore poena non amore iustitiae serviliter sit non liberaliter & ideo nec sit. Non enim fructus est bonus qui de charitatis radice non surgit. Nihil evidentius quam charitatis esse illum amorem iustitiae quo mandatum fit. Qui amor iustitiae cum non sit aliud quam delectatio qua quis condelectatur legi Dei seu iustitiae ejus, non alijs idipsum verbis explicat: Porro autem si ad id scias qua per dilectionem operatur, incipit condelectari legi Dei, id est, diligere iustitiam legis, secundam interorem hominem qua delectatio non litterae, sed spiritus donum est. Et iterum in scriptis: Caritas enim conscripta in cordibus atque diffusa, perficitur sperantibus in eum ut anima aucta non timore poena, sed amore iustitiae operetur bonum. Ecce charitas voluntatem sanat ut iustitia diligatur. Et mox concatenationem praclaram istius sanantis gratiae cum libero arbitrio tradens, qua fit ut ad diligendam iustitiam praecipri erigatur, Per gratiam, inquit, sanatio anima abolitione peccati, per animae sanitatem libertas arbitrii, per liberam arbitrii iustitiae dilectio, per iustitiae dilectionem legis operatio. Quomodo qua ratione quo ordine? Quia gratia sanat voluntatem, qua iustitia liberè diligatur. Et ostendens illam iustitiae dilectionem fieri nullo modo posse sine spiritu charitatis & adoptionis: Timor ergo ille servilis, & ideo quamvis in illo Domino creatur, non tamen iustitia diligatur, sed damnatio timeatur. Filij verò clamant Abba Pater &c. Et inferius rursum: Haec est fides qua per dilectionem operatur, non per timorem, non formidando poenam sed amando iustitiam. Unde ergo ista dilectio id est charitas per quam fides operatur, nisi unde illam fides ipsa impetravit? Et perfectionem humana iustitiae in ista iustitiae dilectione constituit: Est autem tanta (id est perfecta nostra iustitia) si nihil eorum qua pertinent ad iustitiam nos lateret & ea sic delectarent animam ut quicquid aliud voluntas sine dolor impedit delectatio illa seperaret. Quae testimonia tam perspicue declarant opus esse non timore poena sed dilectione iustitiae ut aliquod opus esse possit bonum, eandemque dilectionem iustitiae non esse nisi verissimam charitatem; nec sine gratia sanante voluntatem posse obtineri, ut nihil addi posse videatur. Et quanquam exercitatis in Augustini lucubrationibus nihil certius sit, ne tamen illius duntaxat libri videatur esse peculiaris phrasim, videamus quid de illa dilectione iustitiae & alibi tradat: ut elucescat eum ne latum quidem unguem ab illa quam diximus sententia de iustitiae dilectione per Spiritum sancti gratiam conferenda recessisse. Sub lege est, inquit in libro de natura & gratia, qui timore suppl. e. y quod lex minatur, non amore iustitiae sentit abstinerere ab opere peccati, nondum liber nec alienus à voluntate peccandi &c. Et unde amor iste iustitiae? Ergo si spiritu, inquit, ducimini non adhuc estis sub lege, utique lege qua timorem incutit, non timens charitatem, qua charitas

A Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Quid apertius dici potest? Audi tamen aliud fortassis evidentius; Non video quomodo diceret bonum sub lege (carcens videlicet gratia & cetera voluntatem) condelector legi Dei quod iustum est praecipienti, secundum interiorem hominem, cum ipsa delectatio boni, qua etiam non consentit ad malum, non timore poena sed amore iustitiae (hoc est enim condelectari) non nisi gratia deputanda sit. Et aliud aequè manifestum: Quid est boni cupiditas nisi charitas de qua Ioannes Apostolus sine ambiguitate iustitiae dicens, Caritas ex Deo est &c. Ipse est cui fideliter veraciterque cantatur; Quoniam praeveneris eum in benedictione dulcedinis. Et quid hic apertius intelligitur, quam ipsa de qua loquimur cupiditas boni, id est charitas? Tunc enim bonum, scilicet quod praecipitur, concupiscit incipit quando dulcescere incipit. Et quid hoc? Audi: Quando autem timore poena non amore iustitiae fit bonum, nondum bonum fit bonum &c. Et libro de correptione & gratia: Et quando id agunt sicut a, eundem est id est cum dilectione & delectatione iustitiae. Suavitatem quam dedit Dominus accepisse se gaudeant. Quam obrem ibidem dicit gratiam Dei per Jesum Christum praestare ut homines faciant cum dilectione quod sciunt. Et sermonibus de verbis Apostoli saepe declarat non recte fieri posse praceptum nisi amore iustitiae non timore poena: & illum amorem iustitiae haberi nullo modo posse nisi per gratiam Dei, utpote qui non sit aliud quam dilectio charitatis: Lege Dei proposita, inquit, quisquis timuerit & suis viribus eam implere se possit putaverit, & fecerit quod lex iubet, non amando iustitiam, sed timendo poenam &c. Et talem iustitiam suam per se hominem habere posse declarans; Quamdiu, inquit, habes tuam (iustitiam) potes timere poenam, non amare iustitiam. Sed unde ille amor iustitiae an à viribus voluntatis? Audi Augustinum: Ergo fratres mei habetis delicias suas inquit, & iustitia non habet? Delectat malum & non delectat bonum? Delectat omnino: sed Dominus dabit suavitatem & terra nostra dabit fructum suum. Et apertius adhuc infra explicans iustitiam quam homo habere potest tanquam de viribus suis; Amor, inquit, delectat, amor iustitiae, amor charitatis Christi, solus possidebat timor, sed charitati ventura locum in corde servabat. Sermo verò decimus-septimus de verbis Apostoli poena totus in eo versatur, ex quo nonnulla testimonia loco citato de operibus infidelium allegavimus. Et in Epistolam ad Galatas: Qui per charitatem servit liberi servit, & sine miseria obtemperans Deo cum amore sciendo quod docetur (id est id quod iustum est seu iustitiam) non cum timore quod cogitur. Nam hoc idem est quod toties dixit praceptum facere non cum timore poena, sed amore iustitiae. Quod paulo inferius saepe declarat. Nam status vitae diversos cum distingueret, secundamque vitam diceret ejus esse qui nondum iustitiam propter iustitiam ad Deum diligit, tertiam vitam dicit esse sub gratia quando nihil temporali commoda iustitia praepositur, id est iustitia super omnia temporalia commoda diligitur, quod nisi charitate spiri-

L. de nat. cap. 14.

L. de nat. cap. 29.

L. de nat. cap. 30.

L. de nat. cap. 31.

L. de nat. cap. 31.

L. de nat. cap. 37.

In Epist. ad Galat.

182

rali, quam Dominus exemplo suo docuit, & gratia donavit fieri non potest. Et paulo inferius eos esse sub lege docet, quorum spiritus ita concupiscit aduersus carnem, ut non ea qua volunt faciant, id est non se teneant conuictos in charitate iustitia sed a concupiscente aduersus se carne vincantur. Et paulo post eos e contrario tradit non esse sub lege in quibus regnant fructus Spiritus sancti: Maior enim & prapollentior delectatio eorum iustitia est. Et in commentarios in Psalmos: Te solve a peccatis. Sed non possum inquis, Clama ad illum, infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Veniet enim gratia Dei ut deleat te iustitia, sicut delectabat iniquitas. Et libro secundo de peccatorum meritis asseveratissime clarissimeque dicit: Aut iustitiam diligimus? Et bona est nostra voluntas, & si magis diligimus magis bona, si minus minus bona est: aut si omnino non diligimus non bona est. Quis vero dubitet dicere voluntatem nullo modo iustitiam diligentem non modo esse malam sed etiam pessimam voluntatem? Sed iam vide quomodo voluntas iustitiam diligens nullo modo haberi possit nisi ex vera gratia Dei: & ergo, subiecit Augustinus, voluntas aut bona est, aut mala, & utique malam non habemus ex Deo, restat ut bonam voluntatem habeamus ex Deo: alioquin nescio cum ab eo iustitiam amur, quo alio munere ipsius gaudere debeamus. Et huc scriptum est: Paratur voluntas a Domino. Et in Psalmis: A Domino gressus hominis diriguntur & viam suam vult. Et quod Apostolus ait, Deus est enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. Nihil profecto uberius, manifestius, expressius postulari posset, quo intelligamus amore iustitiae prorsus opus esse ut possit esse opus bonum, & voluntas creaturae rationalis bona, & ejusmodi bonam voluntatem nullo pacto esse in potestate naturae, sed per veram, proprie dictam & supernaturalem divinam charitatis gratiam esse tribuendam: ut nihil opus sit pluribus Augustini testimonijs satagere colligendis. Tam enim est in illa doctrina tradenda constans & inculcanda assiduus, ut dies mihi facilius quam Augustini testimonia deficerent.

Ne quis vero in exoticas cogitationes de ista iustitiae dilectione incidat, ut suspicetur praecisiones nescio quas supernaturales, sub quibus diligenda sit iustitia, & propter quas gratia in quocunque statu sive pura, sive lapsa, sive elevata supernaturaliter, sive sibi relictae naturae, opus sit, de quibus Augustino nunquam in mentem venit, sciat iste non aliud per dilectionem seu delectationem, seu amorem iustitiae intelligere Augustinum quam quo diligitur opus iustum & rectum & bonum, quia iustum, quia rectum, quia bonum est. Sic enim amari non potest nisi ipsa forma iustitiae, ipsa rectitudo, ipsa bonitas in se diligitur: Nec hoc ipsum juxta sanctum Augustinum fieri potest sine vera & supernaturali gratia Dei.

Declarat hoc saepe aperissime & in istidem

non semel locis qua citavimus; idque tam diversis loquendi modis in unum sensum concurrentibus, ut lectorem sollicitum de veritate, de sententia ejus dubitare non sinat. Nam aliquando delectationem ac dilectionem istam iustitiae vocat dilectionem ac delectationem eius quod agendum est, ut quando dicit in libro de Spiritu & littera, ubi dilectionem iustitiae per gratiam charitatis inferendam maxime praedicat: Cum id quod agendum & quod nitendum est caperit non latere, nisi etiam delectetur & ametur, non agitur, non suscipitur, non bene vivitur. Et quo tandem amore diligitur quod agendum est? Audi consequenter: Ut autem diligitur charitas. Dei diffunditur in cordibus nostris, non per liberum arbitrium quod sibi ex nobis, sed per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Et in opere imperfecto contra Iulianum: Per eam (charitatem) ad diligamus quod amandum Deo doctate cognoscimus. Quod eodem sensu expressit in Epistolam ad Galatas explicando quid sit amari quod docetur qui, inquit, per charitatem, servit libere servit, & sine miseria obtemperans Deo, cum amore faciendo quod docetur, non cum timore quod cogitur. Et in Epistola ducentesima ad Afellicum: Incipit homo secundum gratiam in interiori homine tendere ut mente agat quod amat nec carni consentiat &c. Et in Psalmum centesimum vigesimum nonum: Cum coeperit se delectare, facere quod dicit sermo Dei, tum qui erat adversarius sit amicus. Aliquando vocat istam dilectionem iustitiae, delectationem aut amorem eius quod praecipit nobis, hoc est divini praeccepti, ut in libro de Spiritu & littera: Per fidem confugiet ad misericordiam Dei ut dei quod iubet, atque suspiratae gratiae suavitate per Spiritum sanctum faciat plus delectare quod praecipit nobis quam delectat quod impedit: hoc est ut plus delectet ac diligitur opus iustum quod praecipitur, quam injustum quod vetatur, atque impedit nos a iustitia praeccepti operis diligenda; quod propterea statim explicat alijs verbis dicendo, ut animis amore iustitiae operetur bonum. Et in libro secundo ad Bonifacium, quod paucis verbis immediate ante dixerat amorem iustitiae, statim aliter dicit: Benedictio dulcedinis est gratia Dei qua fit in nobis ut nos delectet, & cupimus, hoc est amemus quod praecipit nobis. Aliquando dilectionem istam iustitiae exprimit per hoc quod libeat id quod licet, hoc est, quod antimum delectet hoc ipsum quod opus iustum licitum sive iustum est: Timore poena iustitiam suam facere conantur, & ideo non faciunt Dei iustitiam quia charitas eam facit qua non libet, nisi id quod licet: id est qua libet ac diligitur opus iustum; seu ipsa operis iustitia. Vnde subdit: Non timor facit Dei iustitiam qui cogitur in opere habere quod licet, cum aliud habeat in voluntate qua malitiam si fieri posset licere quod non licet. Vbi perspicuum est id quod licet, opponi ei quod non licet, hoc est opus bonum operi malo, & ita charitate juxta sanctum Augustinum fieri ut libeat ac diligitur opus bonum, sicut cupiditate libet ac diligitur opus malum. Hinc

Gg aliquan-

lib. 2. de pecc. merit. cap. 18.

lib. 2. de pecc. merit. cap. 18.

Lib. de Spir. & l. 1. c. 3.

lib. 1. oper. imperf. cont. l. 1. fol. 40.

In Epist. ad Galatas.

Epist. 200.

In Ps. 129.

Lib. de Spir. & l. 1. c. 9.

Lib. 2. ad Bonifacium.

Lib. de Spir. & l. 1. c. 32.

STINW
NIT

aliquando dilectionem istam iustitiæ, vocat cupiditatem boni, appetitionem seu questionem operis boni, voluntatem boni, & has ipsas fieri docet charitate: ut quando ad Bonifacium dicit: *Quis est boni cupiditas nisi charitas, de qua loquitur apostolus sine ambiguitate loquitur dicens Charitas ex Deo est.* Explicans quid per cupiditatem boni intelligeret, tunc bonum concupiscit incipit quando dulcere incipit. Quando autem timore poenæ non amore iustitiæ sit bonum opus, nondum bene sit bonum, nec sit in corde quod fieri videtur in opere. Vbi evidenter exponit dulcescere seu concupiscit bonum per amorem iustitiæ, sine quo non bene fit bonum, non quia non supernatranter fit: sed quia non fit in corde, cum ipsa operis boni iustitiæ non diligatur, sed tantum in opere exteriori. Hinc alibi vocat voluntatem seu dilectionem boni: *Homo Pelagiane charitas vult bonum, & charitas ex Deo est. Et rursum: Charitas sola vult bonum.* Et in alio loco questionem operis boni, dum docet Christianos non aliud ibi in operibus misericordiæ querere quam opus bonum, nesciente sinistra quid faciat dextera, id est, ut alienetur intentio cupiditatis ab opere charitatis. Apertissime docens, hoc ipsum quod non aliud queritur quam opus bonum, effici solâ charitate. Aliquando dilectionem istam iustitiæ vocat delectationem, ac dilectionem ipsius legis; ut quando in libro de gratia & libero arbitrio inuoluntate commendans charitatem Dei non esse in nobis nisi ex Deo, dicit: *Nos diligamus Deum, quia ipse prior dilexit nos. Gratia nos facit legis dilectores. Lex vero ipsa sine gratia non nisi pravaricatores facit.* Et in libro de Spiritu & littera simul atq; docuisset quod quando mandatum non fit amore iustitiæ, fiat serviliter, non liberaliter, quia de charitatis radice non surgit, statim alijs verbis idiplum explicans, Porro autem, inquit, *si adsit fides qua per dilectionem operatur, incipit CONDELECTARI LEGI DEI secundum interiorem hominem, hoc est incipit amare iustitiæ legis, qua delectatio non littera sed Spiritus donum est.* Et libro primo ad Bonifacium citans eundem illum Apollonii locum quo dicit: *Condelector legi Dei, istam condelectationem clarissimis verbis cum iustitiæ amore confundit: Cum ipsa delectatio boni (quod scilicet præcipit lex) qua etiam non consentit ad malum, non timore poenæ sed amore iustitiæ (hoc est enim condelector, non nisi gratia deputanda sit. Quod in alio loco vocat delectari facere legem, hoc est, id quod præcipit lex: per donum charitatis delectat legem esse factorem: quod in eodem loco dixerat, ut cognita cum amore faciamus; Et Concilium Carthaginense, Diligere ut faciamus: Itemque: ut quod faciendum cognovimus facere diligamus.* Aliquando dilectionem istam iustitiæ, vocat dilectionem qua non aliud, sed ipsa mandata diliguntur; ut quando in Psal. 118. postquam adinuisset esse gratiæ veræque charitatis, ut mandata Dei dilectione per Spiritum Sanctum implerentur, quia plenitudo legis est charitas; tandem indicans quid ista charitate diligere debeat ut lex impleatur, & cur eam sub

veteri Testamento non impleverint: *Propter mercedem, inquit, terrenam atque carnalem Dei mandata facere conabantur Iudei, neque faciebant, quia NON IPSA, SED ALIUD VOLUNTATIUM, sed opera potius inuitorum. Cum vero IPSA MANDATA DILIGUNTUR super aurum & lapidem pretiosum multum, omnis pro ipsis mandatis terrena vult esse merces. Aliquando dilectionem istam iustitiæ vocat voluntatem benefaciendi, desiderium benefaciendi, dilectionem recte facti, & huiusmodi, per qua significat istam iustitiæ dilectionem non esse aliud nisi dilectionem ipsius rectitudinis & bonitatis & iustitiæ, qua elicit in beneficio: ut in libro primo ad Bonifacium tradit Beatus Paulus quam vis ante gratiam Christi esset in lege sine querela, intus tamen in affectibus pravis esse potuisse pravaricatorem legis, eo quod illa opera conspicua legis impleverunt poenæ formidine non dilectione & delectatione iustitiæ. Et rationem reddit istam: *Aliud est enim voluntate benefaciendi benefacere; aliud autem ad malefaciendum sic voluntate inclinari, ut etiam faceret, si hoc posset impune committi. Nam sic profecto in ipsa iustitiæ voluntate peccat, qui non voluntate sed timore non peccat. Vbi manifestum est, dilectionem iustitiæ exponi per hoc quod est voluntate benefaciendi benefacere, in qua videlicet non aliud quippiam diligitur, quam ipsa rectitudo & æquitas benefacti. Et in libro 3. ad eundem Bonifacium describens Christianum cuius fides per dilectionem operatur: *Ab ipso, inquit, sumens & indulgentiam peccatorum, & DILECTIONEM RECTE FACTORVM.* Et cum in libro de Spiritu & littera perspicue verèque tradat, quod quando lex iubet, si gratia Spiritus iuvantis desit, augetur prohibitione desiderium malum; quia videlicet non extinguitur, nisi Spiritus s. inspirat pro concupiscentia mala concupiscentiam bonam, hoc est charitatem diffundat in cordibus nostris. Eandem doctrinam in libro 2. contra adversarium legis & Prophetarum hoc modo expressit manifestius; *Prohibitio peccati quod est lex, auget desiderium peccati, quod non extinguitur NISI CONTRARIO DESIDERIO RECTE FACIENDI VBI FIDES PER DILECTIONEM OPERATUR.* Et in eodem prorsus loco explicans quid hoc ipsum sibi velit adiecit *QUONIAM NON EXTINGVITUR per iubentem litteram timore poenæ, sed per iuvantem spiritum DILECTIONE IUSTITIÆ.* Vt sic sine ullo planè scrupulo intelligendo caperemus idem prorsus esse dilectionem iustitiæ, desiderium benefaciendi, dilectionem recte factorum, voluntatem benefaciendi, dilectionem ipsius mandati, delectationem boni, condelectationem cum lege, dilectionem legis, voluntatem boni, cupiditatem boni, questionem operis boni, charitatem qua libet id quod licet, delectationem & amorem eius quod præcipit nobis, dilectionem eius quod agendum est. Hæc ergo ratio est cur Augustinus eodem planè**

Lib. 2. ad Bonif. c. 9.

Lib. 1. oper. ad Bonif. c. 10. fol. 40. Tract. 51. in Joannem.

Lib. de grat. & lib. arb. cap. 18.

Lib. de Spir. & littera c. 14.

Lib. 1. ad Bonif. c. 10.

Lib. 4. ad Bonif. c. 5.

Concilium Carthag. c. 3.

Handwritten marginal note in Latin script.

Lib. 1. ad Bonif. c. 10.

Lib. 1. ad Bonif. c. 10.

planè modo quo leges affirmativas, hoc est opera iustitiæ quæ legibus affirmativis præcipiuntur implendas esse docet dilectione iustitiæ, ita etiam negativis observandas præcipit, odio iniustitiæ; ut videlicet non poena, non incommo dum temporale, sed ipsa iniustitiæ peccandi quæ iniquitas fugiatur. Illa quippe duo ex eodem fonte manant. Nam uti fuga mali fundatur in amore boni; ita nemo veraciter diligere poterit bonum, nisi fugiat malum. *Hinc apparet, ait Augustinus, re diligere quod bonum est, si invenit fueris odisse quod malum est.* Sub quacunque namque ratione diligitur bonum, sub illa declinabitur oppositum malum, & ideo declinabitur, quia diligitur id cui adversatur bonum. Tantum enim quisque peccatum odit quantum iustitiæ diligit. Quæ de causa in alio loco rectissime sanctus Doctor ait quod jam citavimus; *Desiderium peccati non extinguitur nisi contrario desiderio rectè faciendi, seu ut adicit, non per iubentem litteram timore poenæ, sed per iuvantem spiritum amore iustitiæ.*

Ex quo fit ut consequenter non minus opus sit Spiritus sancti gratia, ad fugiendam iniustitiæ, quam ad iustitiæ diligendam. Nam castus amor iustitiæ & castum odium iniustitiæ, nullo videlicet externi boni assequendi, aut mali vitandi consideratione vitiatum iuxta fundatissimam Augustini doctrinam omnes puræ lapsæque naturæ vires excedit. Quæ de causa non minus exerceat ipsius iniustitiæ in se spectatæ, fugam quam iustitiæ dilectionem Spiritus S. dono & gratia tribuit. *Spiritus dono, inquit, fit in nobis ut non peccare delectet, ubi libertas; sicut præter hunc spiritum peccare delectat, ubi servitus.* Et in Epistolam ad Galatas; *Non implet ea quæ ad bonos mores pertinent, nisi charitas. Quia & hominem si propterea non occidit aliquis, ne & ipse occidatur, non implet præceptum iustitiæ; sed si ideo non occidat quia iniustum est, etiam si id possit facere impune non solum apud homines sed etiam apud Deum.* Ex quo loco manifestissimum est quid sit quod lexcenties dicit, opus esse faciendum dilectione iustitiæ. Nempe nihil aliud, nisi faciendum esse, quia iustum est, ex qua velut radice nascitur, ut homo non occidat, non fornicetur, non furetur & generaliter non faciat malum quia iniustum est, etiam si id possit facere impune. Hoc enim nihil aliud est nisi quod ipsa ratio iniustitiæ horrorem incutere debet; quod nunquam fiet nisi ipsa ratio iustitiæ, idque Spiritus sancto gratiam charitatēque diffundente diligatur. Quæ sanè causa est, ut subinde promiscuè dilectioni iustitiæ seu delectationi boni tribuat non solum quod facimus bonum, sed etiam quod non facimus malum; illa nempe consideratione, quod malum castè vitari nullo pacto potest nisi bonum castè diligatur, quorum neutrum pariter sine Spiritus S. gratia queat. *Non video, inquit, quomodo diceret homo sub lege, Condolectur legi Dei secundum interiorem hominem: Cum ipsa delectatio boni, quæ etiam non consentit ad malum non timore*

poenæ sed amore iustitiæ, non nisi gratia deputanda sit. Et infra dicit: Vincente iustitiæ delectatione non consentiri motibus concupiscentiæ. Et alibi illum docet adhuc esse sub lege, hoc est sub affectu peccandi & servili timore constitutum, qui timore supplicij quod lex minatur, non amore iustitiæ se sentit abstinere ab opere peccati nondum liber nec alienus a voluntate peccandi. Amorem videlicet iustitiæ, non minus ad abstinendum à malo, quam ad faciendum bonum statuens esse necessarium. Et unde ille amor iustitiæ, quo fit liber & alienus ab affectu peccandi, hoc est ab amore iniustitiæ, ne sit amplius sub lege timoris? Ecce statim subiicit, quod ex vera & spirata illa charitate nascatur; *Ergo si spiritum ducimus non adhuc est sub lege, utique lege quæ timorem incutit, non tribuit charitatem, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, non per legem litteram sed per spiritum S. qui datus est nobis. Hæc est lex libertatis videlicet ab effectu peccandi, non servitutis, quia charitatis; utique non timore.* Et paulo post: *In quantum quisque spiritum ducitur non est sub lege; quia in quantum condelectatur legi Dei, hoc est in quantum iustitiæ legis præcipientis diligit, non est sub lege timore quia timor tormentum habet non delectationem.* Quæ de causa superius dixit quod desiderium peccati non extinguitur nisi contrario desiderio rectè faciendi ubi fides per dilectionem operatur, item non extinguitur timore poenæ sed dilectione iustitiæ.

Cum ergo in Augustini doctrina manifestum sit non nisi solâ charitate iustitiæ præcepti, seu boni operis diligit; quando hoc ipsum quod iustum est diligitur: Nec etiam iniustitiæ operis iniusti, nisi solâ charitate respici, facile jam elucescet, quid sibi velis Prophetica & Apostolica & Catholica illa doctrina tam solemniter in Ecclesia, qua tenet istam esse differentiam Testamenti veteris ac novi, quod per Testamentum vetus lex Dei in tabulis lapideis scribatur, per novum in tabulis cordis carnalibus, hoc est in cordibus fidelium, prout hoc Deus per Hieremiam promittebat. Genuinus enim, proprius verissimusque sensus est, quod olim lex vetus extra hominem in illis duabus tabulis quas excidit Moyses, digito Dei scripta fuit, ut extrinsecus oculos ferret vel auribus lecta insonaret, nec quicquam amplius operaretur, in corde nisi forte ut ejus poena timeretur. Nunc verò per Testamentum novum lex Dei quæ iustitiam præcipit, iniustaque veteri per istum divinæ charitatis amorem quem solus inspirat Deus, scribatur & imprimatur in corde, hoc est in ipsa intima voluntate & affectu hominis, quatenus ipsam æquitatem & iustitiam legum Dei incipit sincerissime diligere & observare vellecui nulla adjuncta poena terreret; Quod quando fit hæc est mutatio dextere excelsi & solius divinæ charitatis fructus est, quidquid tandem Philosophi gentiles de re sibi non perspecta multoque abstrusiore quam arbitrentur garriant. Hunc genuinum esse Catholicæ doctrinæ sensum ex fidelissimo ejus interprete

Ps. 96.

Ep. 144.

Ep. 2. cont. dicit legem præcipit.

Lib. 1. ad Rom. 1. 15. In rom. 1. ad Galatas.

Lib. 1. ad Rom. 1. 10.

Cap. 13.

Lib. de nat. gratia. 27

lib. 1. ad Rom.

Cap. 13.

Cap. 13.

Cap. 13.

Cap. 13.

Cap. 13.



Lib. de Spir. & lit. c. 17

S. Augustino manifestum est, qui rem istam tanquam ex prædictis principijs per se con-
stantem constantissime tradit. Nam in lib. de Spir. & lit. ubi de isto discrimine utriusque testamenti ex professo disputatur, id ipsum non semel apertissime docet. Nam cum statim cap. 17. ubi ista potissimum incipit disceptatio, ista notans differentiam dixisset: *Ecce quemadmodum ostendit Apostolus quia illud extra hominem scribitur, in tabulis lapideis, ut eum forinsecus terrificet: Hoc in ipso homine ut eum intrinsecus iustificet, quod generalius obscuriusque dictum videbatur; statim in consequentibus istam inscriptionem legis in cordibus explicat: ut quando subnectit cap. 19. Illa enim lex & doctrina exterior, sine adiuvente Spiritu, procul dubio est litte-
ra occidens: Cum vero adest vivificans Spiritus, hoc ipsum intus conscriptum facit diligi, quod foris scriptum lex faciebat timeri. Quid est. Hoc ipsum quod foris scriptum erat, nisi illam ipsam legem, quæ iusta foris præcipiebat & iniusta prohibebat, sive ipsam legis iustitiam, quam foris auribus duntaxat insonantem audiebant? Nam sic se ipsum explicat Aug. paulo inferius: Nunc ipse bonum cordis promittitur, mentis bonum, spiritus bonum, hoc est intelligibile bonum, cum dicitur. Dabo leges meas in mente eorum & in cordibus eorum scribam eas. Unde significatur eos non forinsecus reverentem legem formidaturos, sed intrinsecus, HABITANTEM IPSAM LEGIS IUSTITIAM dilecturos. Et adhuc aliquanto inferius: Cum hac appareat distantia veteris & novi Testamenti, quod lex ibi in tabulis hic in cordibus scribitur: Et quo pacto scribitur? Vt quod ibi forinsecus terret, hic delectet intrinsecus; Dum videlicet homo ipsa iustitia legis, per dilectionem in corde scriptæ delectatur Deo ut addit, diffundente charitatem in cordibus nostris per Spiritum S. qui datus est nobis. Et adhuc longè apertius post pauca interposita: ut hoc sit pertinere ad Testamentum novum legem Dei habere non in tabulis sed in cordibus scriptam, hoc est, INTIMO AFFECTU IUSTITIAM LEGIS AMPECTI, ubi fides per dilectionem operatur. Quod statim alijs verbis æquipollentibus exprimit: Quæ gratia in interiore homine renovato iustitia scribitur, quam culpa deleverat, dum videlicet quod toties dixit, incipit iustitiam ipsam legis corde diligere & operando exprimere. Quid autem sit illa dilectio, qua iustitia legis diligitur sæpissime dicit: charitas videlicet quæ diffunditur per Spiritum S. qui datus est nobis. Nam in iisdem locis identidem repetit: Quid sunt leges Dei ab ipso Deo scriptæ in cordibus nisi ipsa præsentia Spiritus S. qui est digitus Dei, quo præsentia diffunditur charitas &c. Itemque in eodem loco ubi inscriptionem legis per hoc expresserat, quod est in intimo cordis affectu iustitiam legis amplecti; istum cordis affectum vicissim exprimit per charitatem: Iustitiam legis cordis charitate custodiunt. Et paulo post repetens illam toties inculcatam utriusque testamenti differentiam, quod per novum lex in corde scriberetur; Hoc, inquit: Donum Spiritus S. est quo diffunditur charitas in cordibus nostris, charitas non qualibet sed*

Cap. 19.

Cap. 21.

Cap. 25.

Cap. 26.

Cap. 27.

Ibid. l. 21.

Cap. 26.

Cap. 28.

A charitas Dei de corde puro & conscientia bona & fide non fit, ex qua iustus in hac peregrinatione vivens, ad speciem quoque perducitur.

Tam quantum arbitror ex tot sibi undique consonantibus Augustini testimonijs, apparet esse clarissimam certissimamque doctrinam ejus neminem omnino posse injustitiam castè fugere, ita videlicet ut sit alienus ac liber ab affectu peccandi, nisi iustitiam diligat; neminem itidem iustitiam boni operis posse diligere, hoc est, ut ipse loquitur, malum fugere quia injustum est, bonumque facere quia iustum, nisi hoc ei per Spiritum S. gratiam, non quamlibet sed veram illam charitatem quæ per Spiritum S. diffunditur in cordibus nostris, divinitus inspiratur. Quæ doctrina sicut ab Augustino constantissime dilucidissimèque tradita est; ita à Concilio Carthagenensi, cui Augustinus interfuit, & ab Apostolica Sede sancto peculiari canone definita est: Item quisquis dixerit eandem gratiam Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, propter hoc tantum nos pervenire ad non peccandum, quia per ipsam nobis revelatur & aperitur intelligentia mandatorum ut sciamus quid appetere, quid vitare debeamus, Non autem per illam nobis præstari ut quod faciendum cognoverimus, etiam facere diligamus atque valeamus, anathema sit &c. cum sit utriusque donum Dei & scire quid facere debeamus, & diligere ut faciamus, ut edificante charitate scientia non possit inflare. Quid est obsecro id quod faciendum cognoverimus facere, diligere? Quid est quod faciendum est diligere ut faciamus, nisi id quod toties Augustinus in omnibus contra Pelagianos lucubrationibus repetivit, disertissimèque verbis dixit, ut audivimus, Amare iustitiam, suavitate iustitia delectari; condelectari legi Dei; facere quod lex iubet, amando iustitiam, facere mandatum & operari bonum amore iustitia, cum amore facere quod iubetur; ea quæ pertinent ad iustitiam delectare animum; cum amore iustitia facere bonum; dulcescere bonum, concupiscere bonum; cum amore facere quod docetur; id quod agendum est amare; plus delectare quod præcipit quam delectat quod impedit, libere quod licet; delectari, cupere, amare quod præcipit nobis; delectari non peccare; amore iustitia abstinere ab opere peccati; voluntate benefaciendi, id est amore boni operis benefacere; denique ut ait ipse omni ambiguitatis nube submota agere sicut agendum est, id est cum dilectione & delectatione iustitia. Vt nemo tantillum in Augustini doctrina exercitatus dubitare sinatur quin canon iste quem simul Augustinus condidit, doctrinam istam sub anathemate tenendam sanxerit, hoc est impossibile esse ut animus diligat ac delectetur non peccare, ut alienus & liber sit ab effectu peccandi, nisi iustitiam seu id ipsum bonum quod faciendum est diligat: Et hanc ipsam dilectionem operis boni fieri nullo pacto posse humanis viribus, sed tantummodo per veram gratiam Dei, qua charitas diffunditur in cordibus nostris.

Quæ si ita sint, sicut esse ipsa doctrina consonantia & evidentia certissimè demonstrat, omnis possibilitas statûs puræ naturæ fundi-
tus

Handwritten note: *LA P... 17*

Small marginal notes on the right edge of the page.

cus evertitur: Nec enim eo usque absurditatis progressurum quemquam puto ut hominem à Deo condi posse arbitretur in eo statu, quo nec iustitiam boni operis diligere, nec mali iniustitiam averfari possit, in quo nihil boni facere possit nisi timore pœnæ non amore iustitiæ, in quo neque concupiscere, neque diligere possit bonum, in quo nunquam libeat id quod licet, in quo denique ne prolixior sim, nunquam delectet non peccare, in quo nihil possit voluntate benefaciendi benefacere, ni-

hil agere sicut agendum est. Id est cum dilectione ac delectatione iustitiæ. Quid enim esse potest huiusmodi nisi reprobæ, perversæ, distortæ, pessimæ, damnatæque naturæ status? Si enim pessima voluntas, Augustino est, quæ nullo modo iustitiæ diligit, quantæ perversitatis illa est, quæ nunquam non peccare delectat aut delectare potest? Si enim quicquam eorum quæ recentissimus potest, profectò jam non est puræ naturæ, sed per Spiritus S. gratiam verumq; amorem supernaturalem adiutæ status.

CAPVT SEXTVM.

Amor iustitiæ ab Augustino prædicatus non est amor virtutis cuiuscunque moralis propter se ut quidam recentior absurde arbitratur.

RECENTIOR ES quidam Scriptores cum animadvertent Augustinum in suis operibus passim iustitiæ & legis dilectionem inculcare ut sit opus bonum, ad eamque gratiam Christi docere esse necessariam, ut Augustinum ad philosophiam Aristotelis traherent nihil aliud eum per illam charitatem iustitiæ intellexisse volunt nisi amorem legis seu virtutis secundum se, hoc est voluntatem faciendi opus moraliter bonum ex omnibus circumstantiis, etiamsi nihil de illo opere in Deum referendo cogitur. Vnde huiusmodi operis moraliter boni voluntatem etiam conversionem ad Deum, vocari tradunt, quia est secundum voluntatem ejus. In hanc opinionem ex eo lapsi sunt, quod cum ex una parte Augustini doctrina perspicue clamaret nullum omnino opus bonum ex omnibus circumstantiis posse tribui libero arbitrio sine gratia Dei, sine dilectione iustitiæ, sine charitate; & alia, philosophia humana reclamaret, opera quædam moraliter tantum bona, tam à fidelibus quam ab infidelibus Deum verum ignorantibus posse fieri, vixim Augustini aqua diluendum censuerunt, ut per charitatem dilectionemque iustitiæ amorem virtutis moralis intelligerent; per gratiam verò nihil aliud nisi cogitationem aliquam bonam ordinis naturalis, quibus sanè paucis verbis non potuisset Pelagius ipse magis dexterè atque perniciosè totam Augustini doctrinam adulterare, & evertere, quam recentior quidam Scriptor fecit, qui talem interpretationem primus effinxit & de commento huiusmodi magnoperè sibi blanditus est. Sed de gratia quam commendat Augustinus erit infra suo loco proprius disserendi locus, ubi ostensuri sumus nihil sensibus Pelagianis excogitari posse congruentius, quam quod ab illo auctore sub Augustini nomine obruditur. Charitatem verò quam ad opus bonum postulat ad virtutis moralis dilectionem velle revocare, tam repugnat Augustino, quam quod maxime. Quid enim alienius ab ejus doctrina & phœsi, quid Apostolicæ & Evangelicæ doctrinæ repugnantius, quid à Christianorum sensu remotius aliquis comminisci potest, quam omnia pœnæ aut certè præcipua Scripturarum

facrarum loca ex quibus Augustinus adversus Pelagianos juxta Ecclesiæ Christianæ unanimum sensum, charitatem illam donorum omnium divinissimam, sancti Spiritus inspiratione cordibus nostris infundi tradidit, ad amorem virtutum moralium quibus & infideles claruisse censet inaudita novitate detorquere? Nam ut nulla novorum testimoniorum citatione, quæ de charitate loquuntur, lectori fucum facere videamur, vel suspicionem ingeramus, quod in eis fortè de alia disserat charitate quam de illa iustitiæ dilectione quæ toties jam statim audivimus ad opus bonum esse necessariam; in ipsdem ipsis plerisque locis quæ produximus, tantà manifestatione naturam ejus declarat, tum ex Scripturis, tum ex proprio sensu è Sacris litteris hausto, ut nullus omnino detor tergerendi locus, quin eum de illa propriè dicta charitate loqui, qua diligitur Deus & proximus, fateri debeamus. In eodem quippe loco ubi dixerat Augustinus, gratia nos facit legis dilectores, quo in primis auctor ille putat significari tantum dilectionem, seu charitatè legis secundum se, hoc est voluntatem operis moraliter boni, sic illam dilectionem legis Aug. explicat ut dicat esse charitatem Dei & proximi, & per Spiritum vivificantem dari ita videlicet ut si non sit ex Deo, vicerint Pelagianos: Si autem ex Deo vicerimus Pelagianos: De qua dicit Ioan. Apost. Charissimi diligamus invicem quia dilectio ex Deo est. De qua dicit Apost. Paulus: Gratiæ agere debemus Deo semper pro vobis fratres quoniam supercrevit fides vestra, & abundat charitas uniuscuiusque vestrum in invicem. De qua dicit ad Timoth. Non enim dedit nobis Deus Spiritum timoris sed virtutis & charitatis & continentia. De qua dicit ad Rom. Quis nos separabit à charitate Christi? De cujus laudibus tanta orationis magnificentia loquitur in Epist. I. ad Corinth. Si linguis hominum loquor & Angelorum, charitatem autem non habeam &c. Et, Charitas patiens est benigna &c. Et, Manet fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem horum est charitas. De qua dicit ad Colossenses: Super omnia autem hæc charitatem habete quæ est vinculum perfectionis. De qua dicit ad Timoth. Finis præcepti est charitas: & adiungens qualis charitas, addit Aug. De corde, inquit, puro & conscientia bona & fide non ficta. De qua deniq; dicit Christus, Diliges Dominum

Respon. in
1.2. disput.
192. c. 2.

Timoth. 1. 2.
Epist. 190.
192. c. 2.

lib. de grat.
& lib. arb.
cap. 18.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

lib. de grat.
& lib. arb.
cap. 17.

Ibidem.

Ibidem.

in illi Deum tuū ex toto corde tuo &c. Et in Evang. secundum Ioan. Mandatum novum do vobis ut diligatis invicem: & huiusmodi plurima quæ Augustinus in eodē loco ex Scripturis sacris de illa charitate conglomerat, quæ nos legis dilectores facit. Nonne delirio simile est omnia huiusmodi Scripturarum loca, ex quibus Augustinus illius charitatis naturam explicat, ad illam philosophicam virtutum moralium dilectionem derivare?

Quid quod in ceteris quoque locis, in quibus de iustitiæ dilectione loquitur, meridiano sole luculentius declaret, se de illa virissima & notissima Dei charitate loqui? Nullibi densioribus testimonijs hoc manifestat, quam in libro de Spiritu & littera, in quo tamen præcipuè istum amorem virtutis propter se, hoc est virtutis moralis affectum nomine charitatis indicatum esse Scriptor ille ausus est dicere. Nam ut nemo fluctuare possit, de qua charitate seu iustitiæ dilectione loqueretur, tribuit illam fidei & gratiæ iustificanti. Dicit esse charitatem eorum, qui Spiritu ducuntur, quam fides impetrat, per quam fides operatur; ex qua filij clamant Abba Pater, quæ sanat animam abolitione peccati: per quam lex Dei in cordibus scribitur; quæ diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis: quo tanquam dono Spiritus sancti fit libertas Christiana. Cuiusmodi celeberrimis & notissimis epithetis genuinam illam Dei & proximi charitatem quæ iustitiæ dilectores facit, Augustinus exornat. Vnde & in alijs locis supra allegatis, illam iustitiæ dilectionem explicat esse charitatem, de qua Ioannes Apostolus sine ambiguitate loquitur dicens, charitas ex Deo est: Charitatem propter quam dicebat Psaltes, Misericordia eius preveniet me; propter quam Deo fideliter veraciterq; cantatur, Quoniam prevenisti eum in benedictione dulcedinis. Propter quam dicitur à fidelibus, Dominus dabit suavitatem & terra nostra dabit fructum suum: Charitatem, quæ est voluntas bona, de qua tanquam Dei munere gaudemus cum iustificamur ab eo: quam operatur Deus cum operatur velle; de qua dicitur, preparatur voluntas à Domino: Charitatem denique, quæ est amor iustitiæ, amor charitatis Christi: cui timor locum in corde servat. Ad extremum, Charitatem spiritalem quam Dominus exemplo suo docuit & gratia donavit. Et in Epistola centesima quadragesima-quarta luculentissimè simul amorem iustitiæ & odium iniustitiæ divinæ propriissimèque dictæ charitati tribuit: Nam cum dixisset: Inimicus ergo iustitiæ est, qui pena timore non peccat: Amicus autem erit si eius amore non peccet. Tunc enim verè timebit peccare. Sed statim ostendit non nisi ex Dei charitate utrumque proficisci: Ille est timor Domini castus permanens in secula. Nam ille timor poena tormentum habet, & non est in charitate, eumq; per se à charitate foras mittit. Et rursus neutrum eorum nec odium peccati nec amorem iustitiæ fieri posse dicit, Lege terrente per litteram sed Spiritu sanante per gratiam, & amorem illum vocat charitatem iustitiæ, charitatem Christi &c. Et, Quid est

A à charitate Christi nisi à charitate iustitiæ? Hæc sanè ita manifesta sunt ut ab homine sanæ mentis non possint, vel cum ullo probabilitatis colore de alia charitate accipi, quam de illa sola, quam Scripturæ novi Testamenti, & ex eis Ecclesia tanquam præcipuum Dei donum novit. Neque ad alios quoscuque tandem amores naturales vel infidelibus fidelibusque communes sine manifesto errore detorqueri, cum tamen ne unum quidem hic testimonium allegaverim nisi ex illis ipsis locis, ubi de ista iustitiæ dilectione seu charitate diserebat. Quod si alijs aliunde testimonijs accerendis immorari vellem, dies penè facilius quam Augustini verba deficerent. Vnum sufficit sed luculentum, ubi dilectionem iustitiæ, charitatis gratiam novi Testamenti vocat, quo uno verbo cuncta complexus est, quæ de supernaturali & verè charitate dici possent: Cum verè sit opus legis, charitate sit non timore; quæ charitas gratia est Testamenti novi. An forte alia hæc charitas & iustitiæ dilectio? Lege consequenter nullius verbi interpositione idem expressum alijs verbis: Ideo in secundis tabulis homo legitur scripsisse verba Dei, quæ homo potest facere opus legis per charitatem iustitiæ, quod non potest per timorem poenæ. Denique quid evidentiùs & efficacius ad illud potius somnium quam opinionem recentioris jugulandum dici ab Augustino possit, quam quod ex professo docet, ut capite præcedente vidimus, istam iustitiæ & legis dilectionem esse ipsissimam inscriptionem legis in cordibus, quam Hieremias Propheta tanquam novo Testamento & Christi gratiæ propriam vaticinatur his verbis: Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et ne quod ingenium philosophia gentium distortum, hanc ipsam inscriptionem ad nescio quos morales affectus traheret, iterum iterumque inculcat sapius istud fieri per vivificantem Spiritum, per gratiam, per charitatem Dei, & ne quis adulterationi daretur locus, per illam charitatem quæ diffunditur in cordibus per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Atque hoc tum efficit, cum fides per dilectionem operatur, per illam scilicet dilectionem quæ pleniùs legi est. Ad postremum addit, hanc inscriptionem intrinsecus hominem iustificare, illà justificatione qua iusti efficiuntur; & sic Deum nos adjuvare ad iustitiam quam istà inscriptione diligimus operandam. Sed hæc adversus novam insidissimamque opinionem satis. In huiusmodi verò absurditates eos incidere, non est mirum qui postquam sibi philosophicas opiniones fixè tenendas constituerint, eas Augustini auctoritate vestire volunt, vel eis consonas demonstrationes quas maximè abhorruit, totaq; doctrinæ mole subvertit. Errori verò isti causam dedit quod Philosophorum sensus & phrasibus assuerit, ex eorum regulis Augustini doctrinam metiri volunt. Cum enim in Philosophis maximeque Peripateticis atq; Stoicis nihil aliud sonet iustitia quam moralis affectus animæ, nec

Handwritten note: Augustinus

Lib. de Spir. & lit. c. 10. Cap. 37. Ibid. c. 19. Ibid. c. 3. & 29. & lib. de nat. & grat. cap. 57. Cap. 15.

Lib. 2. ad Rom. 9.

Serm. 15. de verbis Apost. cap. 7. Lib. 2. de pecc. merit. cap. 18.

Serm. citato cap. 9. In Epist. ad Galatas.

Epist. 144.

Ibidem.

g. 35. p. Deum.

Lib. de Spir. & lit. c. 10. Cap. 37.

Handwritten note.

Lib. de Spir. & lit. c. 10. Cap. 37.

nec iustitiæ dilectio aliud nisi amorem virtutis propter se, quæ ab illis tanquam germana virtus buccis crepantibus laudatur, & ab Augustino supra fusè declaravimus, velut superba & inflata deprimatur, nihil aliud in Augustino per illam iustitiæ dilectionem suspicari possunt

A indicatum esse, quam similem virtutis moralis affectum, qualem & in infidelibus reperiri arbitrantur. Sed quantopere in hac sua suspitione aberraverint liquidissimè constabit, cum genuinam Augustini mentem in medium protulerimus.

CAPVT SEPTIMVM.

Quid sit illa iustitia quæ diligitur & in corde scribitur: cuius amor tantopere ab Augustino laudatur, & sine quo creatura rationalis recta esse & condi nequit.

QVAM qui intelligere cupit animadvertere debet, longe aliud esse Augustino veritatem & iustitiam & castitatem & similia, quæ inculcat esse diligenda & in corde scribenda, quam id quod Philosophi nominibus istis expriment. Nam isti, ut dicere corpimus, nihil aliud intelligunt nomine veritatis, quam congruentiam signi cum rebus, sive signum sit conceptus, sive vox sive scriptura: ut veritas in illis sit, cum rebus significatis ista consonerint neque quicquam aliud sub nomine iustitiæ, & castitatis & similibus accipiunt, quam affectiones quasdam bonas animi, ita ut consequenter dilectio iustitiæ sit eis amor quo diligitur virtus, animique virtutes propter se, seu propter quandam splendorem honestatis quæ ad seipsum & ad aliud omnino nihil referatur. Itaque cum ad Augustinum veniunt, nisi diuturnâ prius familiaritate revolventi lucubrationes eius sensibus & phrasibus ejus assuefacti fuerint, nominum similitudine delusi in suos tanquam Augustini sensus relabuntur, quos ei constat non raro ex diametro esse contrarios. Quapropter sicut veritas quæ diligenda præscribitur ab Augustino non significat illam consonantiam signi creati cum re significata, sed illâ incommutabilem æternamque veritatem, quæ cernitur ab ijs qui legis æternæ præscriptum vident, ita iustitia, castitas, æquitas, reuerentia, bonitas &c. quas diligendas præcipit, & in visceribus per Testamentum novum scribendas docet Augustinus quarum dilectioni timorem opponit, & sine quarum dilectione nihil omnino boni fieri posse constantissimè tradit, significat apud ipsum non affectus aliquos per modum accidentium animo inherentes, ut Stoici & Peripatetici solent, sed incommutabilem illam formam iustitiæ & castitatis, & reuerentis & bonitatis &c. quam videt & sequitur quisquis quid sit iustum & æquum & rectum videt & sequitur. Hæc forma iustitiæ semper stabilis & immutata in quacunque hominis iusti mutatione permanet. Nam sive proficiat in iustitia ad illam magis magisque tendit, ut inde formetur: sive deficiat ab illa recedit: sive pœniteat ad illam redit. Nisi enim aliqua forma iustitiæ stabilis in æternum permaneret, quam mentis oculis cerneremus, non esset unde vel iustitia

A ab injusto discernere, vel profectum defectumque hominis in iustitia meriti possemus. Nam quo magis affectu animi seu dilectione similes ei sumus, eo sumus utique iustiores, quo magis dissimiles eo iniustiores. Hæc autem forma non est aliud nisi veritas incommutabilis, in qua iustum & rectum, & castum esse videt, cum aliquid uti tale vel non tale probat aut improbat. Sed Augustinum de iustitia videamus, apud quem ista doctrina nihil familiarius atque certius est. Illud mirabile est, ut apud se animus videat, quod alibi nisiquam vidit, & verum videat, & ipsam verum scilicet iustum animum videat, & sit ipse animus & non sit iustus animus, quem apud seipsum videt &c. An illud quod videt veritas est interior præsens animo qui eam valet intueri, neque omnes valet? Et qui intueri valet, hoc etiam quod intuentur non omnes sunt, hoc est, non sunt etiam ipsi iusti animi sicut possunt videre ac dicere quod sit iustus animus. Quod unde esse potuerunt nisi inherendo eidem ipsi formæ quam intuentur, ut inde formetur & sint iusti animi, non tantum cernentes aut dicentes iustum esse animum, qui scientiâ atque ratione in vita ac moribus, sua cuique distribuit, sed etiam ut ipsi iuste vivant, iusteque morati sint, sua cuique distribuendo, ut nemini quicquam debeant, nisi ut invicem diligant. Et unde inheretur illi formæ nisi amando? Et ostendens illam incommutabilem formam iustitiæ maximè omnium diligi vel esse diligendam, cum aliquis vel iam iustus, vel ut sit iustus diligitur, ita adijciendo declarat: Cur ergo alium diligimus quem credimus iustum, & non diligimus ipsam formam ubi videmus quid sit iustus animus: ut & nos iusti esse possimus? An verò nisi & ipsam diligere nullo modo eum diligere quem diligimus ex ista? Sed dum iusti non sumus minus eam diligimus quam ut iusti esse valeamus? Homo ergo qui creditur iustus ex ea formâ & veritate diligitur quam cernit & intelligit apud se ille qui diligit: ipsa vero forma & veritas, non est quomodo aliunde diligitur. Neque enim invenimus aliquid tale præter ipsam, ut eam cum incognita est credendo diligamus ex eo quod iam tale aliquid novimus. Quid quid enim tale aliquid perspexeris ipsa est: & non est quicquam tale quoniam sola ipsa talis est, qualis ipsa est. Et infra in fine ejusdem libri cum proposuisset exemplum iusti viri Apostolum Paulum, cum tamen ex illa æterna iustitiæ forma quam conspiciamus à nobis diligi, sic declarat: Quid est quod accendimus in dilectionem Pauli Apostoli cum

ista legimus, nisi quod credimus eum ita vixisse? Vi-
 vendum tamen sic esse Dei ministris non de aliquibus
 auditum credimus, sed intus apud nos, vel potius su-
 pra nos in ipsa veritate conspicimus. Illum ergo
 quem sic vixisse credimus, ex hoc quod videmus, sci-
 licet mentis oculis, diligimus. Et nisi hanc for-
 mam quam semper stabilem atque incommutabilem
 cernimus precipue diligemus, non ideo diligemus
 illum quia eius vitam eam in carne viveret, huc for-
 ma eopratam & congruentem fuisse fide retinemus.
 Et paulo post: Ita & ipsorum vitam facit à nobis
 diligere forma illius dilectio secundum quam vixisse cre-
 duntur: Et illorum vita credita in laudem formam
 flagrantem excusat charitatem: ut quanto flagran-
 tius diligimus Deum tanto certius sereniusque videamus;
 quia in Deo conspicimus incommutabilem for-
 mam iustitiam secundam quam hominem vivere oportere
 iudicamus. Et luculentissimè in Psalmum

In Psal. 61.

lexagesimum primum: Reprehensor iniquitatis
 esse non potest qui non cernit iustitiam, cui compara-
 ratam reprehendat iniquitatem. Unde enim scis
 quia hoc iniustum est, nisi scias quid sit iustum? Quid
 si enim iustum est, & hoc quod dicit iniustum? Absit,
 inquit, iniustum est, & clamas quasi videntibus oculis,
 videns hoc iniustum esse, utique ex aliqua regula
 iustitiam, cui comparans quod vides pravum, & cernens
 non convenire rectitudinis regule tue. reprehendis
 tanquam artifex discernens iustum ab iniusto: Ergo
 quare à te iustum hoc esse unde vides? Vbi, inquam,
 videbis hoc iustum, quo viso reprehendis iniustum?
 Vide illud, nescio quid quo aspergitur anima tua ex
 multis partibus in caligine constituta; nescio quid hoc
 quod coruscet menti tua? Unde hoc iustum? Itane
 non habet fontem suum? A te tibi est quod iustum est,
 & tu tibi potes dare iustitiam? Nemo sibi dat quod
 non habet. Ergo cum sis iniustus esse non potes ius-
 tus nisi convertendo te ad quandam iustitiam: à qua
 si recedis, iniustus es; ad quam si accedis iustus es.
 Te recedente non deficit; te accedente non crescit. De
 ista stabili & permanente iustitia dicit in Psalmum
 quadragesimum quartum: Summa &

In Psal. 44.

In Tract. 25. in 1060.

vera pulchritudo iustitiæ est. Et in Tractatibus
 in Ioannem: Intelligi quis in oriente iustitiam,
 intelligit alius in occidente iustitiam, nunquid alia est
 iustitia, quam ille intelligit alia quam iste? Separati
 sunt corpore & in uno habent aciem mentium ista-
 rum. Quam video iustitiam hic constitutus, si iustitia
 est, ipsam videt iustus nescio quot mansionibus à me
 carne seiunctus, & in illius iustitia luce coniunctus.
 Quam doctrinam de iustitia multis in locis
 sæpè repetit, tanquam in perspectissima sibi
 veritate certissimam.

Serm. 44. de lucem sapientia, quomodo ubique presens est omnibus, dixerit. c. 6.

Quod autem de iustitia sic intellecta dixi-
 mus, idem ex animo de veritate, de sapientia,
 de castitate & similibus, sentiendum esse præ-
 scribit. Sit unus aut alter locus instar om-
 nium: Conamini cogitare fratres lumen veritatis,
 conamini cogitare lumen iustitiæ; presens est enim
 omni cogitanti. Quid enim est quod cogitat, qui vult
 iniuste vivere peccat, deserit iustitiam; diminuta est?
 Conversus est ad iustitiam; quid? Aucta est? De-
 serit eam, integram illam relinquit. Convertitur ad
 eam, integram illam invenit. Quid est ergo lumen
 iustitiæ? De oriente surgit & in occidentem vadit.

A An est alius locus unde oritur aut quo venit? Nonne
 ubique presens est? Homo certe qui est in occidentem, si
 vult iniuste vivere, id est secundum iustitiam, nunquid
 deest illi quam inuenitur & videat (forte ut vivat)
 secundum ipsam iustitiam? Iterum in orientem positum,
 si velit iniuste vivere, id est secundum eandem iustitiam
 nunquid deest illi? Ibi enim est iustitia: Presens est
 iuste viventi. Secundum enim regulam videt quemad-
 modum iuste vivant & illi, & sicut iusti bene vivendo
 eam vident, ita & iniusti male vivendo non eam vident.
 Nam & ille iniuste vivit, cum eam videt: & ille ipsam
 videt, ut secundum eam actus suos dirigat: quia nisi
 secundum iustitiam regulam direxerit actus suos in erro-
 rem iniquitatis impingitur. Quia ergo & huc præ-
 sto esse potuit in conscientia, nullo loco est & ubique
 est. Sic iustitia, sic sapientia, sic veritas, sic castitas.
 Et in Commentario in Epistolam ad Galatas
 ubi dilectionem illam iustitiæ his verbis supra
 citatis commendaverat, Maior enim est præpo-
 leatior delectatio eorum iustitiæ est, id est, fortius
 eam, ardentiusque diligunt, quam peccata
 quibus à iustitiâ diligenda retrahuntur, sic
 subiungit: Quod amplius nos delectat, secundum id
 oporemur necesse est; ut verbi gratia occurrit forma
 speciosa femina & movere delectationem forma-
 tionis: sed si plus delectat pulchritudo illa intima &
 sincera species castitatis, per gratiam que est in fide
 Christi, secundum hanc vivimus, & secundum hanc
 operamur, ut non regnante in nobis peccato ad obe-
 diendum desiderijs eius, sed regnante iustitiâ per cha-
 ritatem cum magna delectatione faciamus quicquid
 in eo Deo placere cognoscimus. Cuiusmodi profe-
 cto testimonia quæ in Augustino tam fre-
 quentia sunt, ut non sit dubium ea ex perse-
 ctissima fundatissimaque veritate proficisci,
 liquidissimè demonstrant iustitiam, verita-
 tem, castitatem & similia quæ diligenda præ-
 scribit, longe aliter esse cogitanda quam illas
 affectus animæ quibus nos iusti esse dicimur.
 Hi quippe temporales, illa æterna sunt: hi
 secundum humanas mutationes oriuntur &
 occidunt; illa stabiliter permanent: hi ipso
 animo possidentis circumscripti, illa cernenti-
 bus ubique presens sunt. Et ita presens, ut à
 iustis iniustisque mentis oculis videantur, dum
 illi accedunt hi recedunt, sine incremento vel
 decremento iustitiæ veritatisque quam vident.
 Cernitur enim iustitia tanquam regula que-
 dam immutabiliter fulgens supra mentis api-
 cem quæ neque accedentium copia augeatur,
 neque recedentium minuatur, neque illorum
 affectuum varietate varietur: quia in operibus
 iustitiæ faciendis iusti regantur, iniusti corri-
 gantur aut puniatur. Quapropter nonnunquã
 isti iustitiæ quam diligendam præcipit, non so-
 lum directionem, sed & prohibitionem & com-
 minationem, & punitionem ascribit: In ipsa
 voluntate reus est qui vult facere quod non licet fieri,
 sed ideo non facit quia impunè non potest fieri. Nam
 quantum in ipso est, mallet non esse iustitiam peccata
 prohibentem atque punientem. Et utique si mallet non esse
 iustitiam, quis dubitaverit quod eam si posset, aufer-
 ret? Ac per hoc quomodo iustus est iustitia talis inimicus,
 ut eam si potestas datur, præcipientem auferat,
 ne comminatem vel iudicantem ferat? Inimicus ergo
 iustitia

In 1. Gal.

Epist. 149

Epist. 149

iustitia

Handwritten notes:
 In Psal. 61.
 Lexagesimum primum

*injustitia est qui pena timore non peccat, amicus autem
 erit si eius (iustitiae) amore non peccet. de qua ju-
 stitiae dilectione statim multis disserit. Quic-
 quid secundum illam iustitiam fit, hoc re-
 ctum, hoc iustum, hoc laudabile est; quic-
 quid ab illa recedit, hoc pravum, iniustum,
 damnabile est. Est enim prima illa & pro-
 funda & immutabilis regula iustitiae, iuxta
 quam sive iusti sive iniusti recte facta lauda-
 mus, & peruersa prohibemus, reprehendimus,
 & punimus. Idcirco enim iusta laudamus,*

*quia illam iustitiae regulam in eis lucentem
 cernimus: & iniusta culpamus, quia eam ibi-
 dem non cernimus. Siquidem in tantum hu-
 jusmodi facta vitiosa sunt, in quantum ab
 illa incommutabili regula iuxta quam cerni-
 mus esse facienda discedunt: & in tantum re-
 ctè vituperantur, in quantum eorum vitupe-
 rator normam, velut artem ex qua debebant
 fieri videt, ut hoc in eis vituperet, quod ibi
 non videt; quemadmodum hac de re Augu-
 stinus alibi loquitur.*

CAPVT OCTAVVM.

Iustitia illa Deus est; sicut veritas & bonitas,
& lex aeterna.

QUID est igitur illa iustitia omnibus
 ad intueudum exposita, sine cuius
 dilectione impossibile est voluntatis
 opus esse iustum aut bonum, & cu-
 jus dilectio in cordibus nostris non nisi diffu-
 sa per Spiritum sanctum charitate diffunditur?

Respondetur non esse aliud nisi legis aeter-
 nae veritatem, iustitiam ac rectitudinem: seu
 quod idem est, ipsam aeternam legem, sem-
 piternam suam veritate, iustitia & rectitudine pre-
 scribentem creaturae rationali, quicquid in
 rebus agendis verum & iustum & rectum est.
 Hac autem lex iustitiae non est aliud nisi Deus,
 neque Deus aliud quam veritas & iustitia &
 rectitudo sempiterna; illa videlicet quam in
 hac vita ex operibus obscure cernimus, non
 solum fide, sed mentis rationalis intuitu; ex
 quo fidentissimè pronunciamus, hoc debet
 fieri, istud non debet; hoc verum, hoc iustum;
 hoc rectum est, istud peruersum atque distor-
 tum. Illa quippe iustitia quam hoc dicendo
 contuemur, & ex cuius luce nobis radiantè
 de singulis operibus ita decernimus, incom-
 mutabilis atque aeterna est; ideoque supra
 mentes nostras tanquam mutabiles praesidet.

*A non alibi alia, nec alia aliter, secundum quam iusti
 essent Abraham, Isaac &c. Et infra: Non intue-
 bar iustitiam cui seruirent boni & sancti homines
 longe excellentius atque sublimius habere simul om-
 nia quae praecipit Deus, & nulla ex parte variari &c.
 Ecce ex qua regula iustitiae, iusta & iniusta di-
 scernit. Nempe ex aeterna veritate, ex lege
 Dei sempiterna mentibus hominum praesidente
 te, ex illa iustitia ex qua promulgantur leges
 hominum, quam quisquis consulit, dominum
 consulit, quia videlicet, ut Scriptura dicit,
 Lex tua veritas: Et sicut Augustinus ex Scri-
 ptura adiecit: Veritas tu. Unde & ipsa aeterna
 illa veritatis lex non aliter ab Augustino des-
 finitur, quam Ratio divina vel voluntas Dei, ordi-
 nem naturalem conservari iubens, perturbari vetans.
 Quid autem ratio divina & voluntas Dei nisi
 Deus? ut proinde qui legem aeternam consuli-
 lit, non nisi Deum consulat menti suae praesi-
 dentem, & suae legis aeternae veritate loquen-
 tem, non adhuc per speciem sicuti est, sed in
 aenigmate. Sed ipsam Augustinum audiamus
 discretissimis verbis explicantem quid intelligat
 per illam iustitiam quam in operibus bonis di-
 ligendam esse praescribit, ut opus possit haberi
 & esse bonum. Sic ergo nebulas omnis ambi-
 guitatis abstergit, in illo ipso Sermone de-
 cimo septimo de verbis Apostoli, in quo ma-
 gnopere satagit, ut peccata caveantur non ti-
 more poenae, sed amore iustitiae: Constituanus
 ante oculos, propter hoc quod dixi, exemplum certa-
 minis. Interrogo utrum ames iustitiam? Responde-
 bis, Amo. Quod non responderes veraciter, nisi te
 aliquatenus delectaret: Non enim amatur nisi quod
 delectat. Delectare in Domino Scriptura dicit: Do-
 minus autem iustitia est. Non enim tibi fingere debes
 Deum quasi idolum. Invisibilibus similitudo est Deus &
 ea in nobis sunt meliora, quae sunt invisibilia. Ecce
 apertissimè assertum iustitiam illam quam vult
 esse diligendam, esse Deum. Ipse est enim sicut
 veritas, ita & iustitia incommutabilis, & omnis
 aequitatis regula imperturbabilis, quam nisi
 cernamus nihil aut iustum aut in usum sapienter
 intelligi aut intelligenter dici potest. Huius re-
 gulae dilectio, iustitiae, hoc est, Dei dilectio
 est; per quam divina iustitia participes effici-
 mur. Illi quippe diligendo adhaeremus, con-
 jun-*

Ibidem.

psal. 118.

Li. 4. Cen-

sis. c. 9.

Li. 22. c. 6.

tra Faustian

cap. 27.

Serm. 77 de

verbis Apost.

cap. 3.

Li. de iust.

cap. 1. 2.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

cap. 1.

conjugimur, agglutinamur, & sicut ipse
 rectus & iustus est, ita & nos recti, & iusti
 reddimur, tantoque rectiores atque iustio-
 res quanto tenacius illi regulæ iustitiæ dile-
 ctione coheremus. Agit hoc luculente Au-
 gustinus alio in loco: *Quapropter si anima non
 possunt nisi etiam in seipsis utcumque vivere, quia ex
 eis vivunt & corpora à quibus deserta moriuntur;
 quanto magis verè iustitia etiam in seipsa vivere intel-
 ligenda, ex qua sic vivunt anime, ut hæc amissa
 mortuus nuncupentur, quantum quantumcumque vitæ
 non desinant vivere. Ea porro iustitia quæ vivit in se-
 ipsa procul dubio Deus est atque incommutabiliter vi-
 vit. Sicut autem hæc cum sit in seipsa vitæ, etiam
 nobis sit vitæ, cum eius efficiamur utcumque participis
 (scilicet dilectione) ita cum in seipsa sit iustitia,
 etiam nobis sit iustitia, cum ei coherendo iuste vivi-
 mus, & tanto magis minusve iusti sumus quanto ma-
 gis illi minusve coheremus. Et paulo post: Est
 plane ille summus Deus verè iustitia, vel ille verus
 Deus summa iustitia quam profecto servare & servare
 hoc est ardentè diligere, ea nostra est in hac pere-
 grinatione iustitia, & qua postea saturari ea nostra
 est in æternitate plena iustitia. Non ergo Deum no-
 stre iustitiæ similem cogitemus, sed cogitemus nos po-
 tius tanto similiore Deo, quanto esse poterimus eius
 participatione iustiores. Si ergo cavendum est ne ius-
 titia nostra similem putemus Deum, quoniam tamen
 quod illuminatur, incomparabiliter excellentius est illo
 quod illuminatur; quanto magis cavere oportet, ne
 aliquid inferius & quodammodo decoloratus eum
 esse credamus, quam est nostra iustitia. Et in li-
 bro de catechizandis rudibus in quo Christia-
 nismi candidatos de principiis Christianæ fi-
 dei & modo diligendi Deum instruit, rudio-
 res monet ut colant & diligant Deum gratis.
 Ne verò in colendi ac diligendi Dei modo
 aberrantes, velut idolum visibile pro Deo
 colerent; Sed amandus est, inquit, non sicut ali-
 quid quod videtur oculis, sed sicut amatur sapientia,
 & veritas, & sanctitas, & iustitia, & charitas,
 & si quid aliud tale dicitur; non quemadmodum sunt
 ista in hominibus sed quemadmodum sunt in ipso
 fonte incorruptibilis & immutabilis sapientia.
 Vides hic in utroque loco apertissime di-
 stinctam iustitiam Deum, à nostra iustitia;
 & hæc esse nostram iustitiam, si Deum ius-
 titiam, hoc est illam incommutabilem sem-
 perque viventem & vigentem iustitiam tan-
 quam inflexibilem veritatem ideoque stabi-
 lem iustitiæ regulam diligamus, & ei illà dile-
 ctione coaptemur, hæreamus & efficiamur
 hærendo participes. Hanc alibi vocat invisibilem
 pulchritudinem cuius amore tanquam
 iustitiæ dilectione bona faciendæ & mala vi-
 tanda sunt. Cùm enim libro quinto de Civi-
 tate Dei contra laudis aviditatem docuisset,
 amore invisibilis pulchritudinis libidines turpiores,
 non cupiditate humanæ laudis esse frenandas;
 hoc ibidem alijs verbis dicit, studia scitanda
 sine veri boni, non ventositate laudis humana. Et mox
 explicando præcipiendoque subjungit, ut cu-
 piditas gloriæ, superetur dilectione iustitiæ, ut ipse
 amor humanæ laudis erubescat & cedat amor verita-
 tis. Sed quid multis opus, ut probemus illam*

justitiam quam ubique in operibus bonis dili-
 gendam præcipit, non aliud esse nisi regulam
 illam iustitiæ inflexibilem quæ est verus Deus
 mentibus humanis in Oriente & Occidente
 præfidentem? Illa ipsa loca quæ præcedente
 capite prorolumus, ut eam non esse animi
 creati qualitatem probaremus, hoc omni alia
 Augustini testificatione luculentius clamant.
 Nam quid aliud est aut esse potest, nisi verus
 Deus, illa iustitia de qua ibi dixit, quod sit
 veritas interior præfens animo, quam homines vi-
 dent: quod sit forma quam intuentur, cui inha-
 rent, ut inde formentur; forma quam videmus ad-
 diligimus, quando hominem iustum diligimus;
 cum homo iustus non nisi ex illa forma & veritate
 diligitur, quam cernit apud se ille qui diligit: quod
 sit forma quam semper stabilem atque incommu-
 tabilem cernimus; quam præcipue diligimus: ideoque
 diligimus vitam iusti, quia formam illam diligimus,
 cui illius animus coaptatur; quod sit regula ius-
 titiæ, quæ coruscet menti, cuius comparatione
 reprehenditur pravum tanquam non conveniens
 rectitudini regulæ; Regula qua homine recedente
 non desicit accedente non crescit: quod sit
 iustitia quæ videtur à constitutis in Oriente & Occi-
 dente: quæ velut lux præfens est ubique omnibus
 omnique cogitantibus. Iustitia ad quam convertitur
 quisquis iuste vivit, quam integram deserit,
 quisquis deserit, integram invenit quisquis ad
 eam convertitur: Iustitia, qua nullo loco & ubi-
 que est: Iustitia quam videmus cum iuste vi-
 vendum in ipsa veritate conspiciamus. Denique, ut
 omnis tergiversatio auferatur, incommutabile
 forma iustitiæ quam in Deo conspiciamus, secundum
 quam hominem vivere oportere iudicamus. Iustitia
 præcipiens, comminans, iudicans, puniens. Hæc &
 huiusmodi quibus plenus est Augustinus, cer-
 tissimè demonstrant; non aliam iustitiam ab
 eo diligendam commendari cùm toties de
 iustitiæ dilectione fatagat, quam illam incommu-
 tabilem iustitiæ formam quæ supra mentes
 hominum fulget, velut æterna omnis iustitiæ
 lex unus videlicet & verus Deus, qui non in-
 stat idoli humano phantasmate cogitandus
 est, sed tanquam sempiterna iustitia & veri-
 tas & bonitas & sapientia, quam nisi quis in-
 tus in animo suo taliter qualiter consulendo
 videat, nemo iustum ab injusto, rectum à
 pravo, bonum opus à malo discernere potest:
 quemadmodum supra sapius Augustinus, ut
 vidimus, declaravit. Hinc est quod ut lucu-
 lentè sensum suum aperiret, dilectionem Dei
 & iustitiæ subinde coniungit, ut unum esset
 alterius explicatio. Nondum iustitiam propter
 Deum & propter ipsam iustitiam diligit, sed eam sibi
 vult ad consequendum terrena servare. Et adhuc
 expressius alio in loco: Si se quisquam iustum
 fingat & non sit, sed eorum quicquid coram homini-
 bus laudabiliter agere videtur, non agat propter
 Deum; hoc est propter veram iustitiam. Et quia
 Christus Dominus est illa vera & sempiterna
 regula iustitiæ, hinc dilectionem Christi &
 dilectionem iustitiæ pro ipsa accipit. Nam
 eam dilectionem iustitiæ plurimum duobus
 locis extulisset, uno, ait; amor dicitur, amor
 iustitiæ, veritas.

Epist. 222.

Ibidem.

Lib. de catechizand. rudib. c. ult.

Lib. 5. de Civit. c. 13.

Ibidem.

Ibid. c. 14. init.

Ibidem præced.

Epist. 719.

In Epist. Galat.

In Luc.

Senec. iustitia, veritas.

Handwritten marginal note in Latin script.

Fig. 144

Fig. 118

Fig. 8 de

Fig. 10

Fig. 10

Fig. 10

Fig. 10

instituta amor charitatis Christi. Altero vero; Ita conclusit Apostolus, ut eandem diceret charitatem Dei quam dixerat Christi. Et quid est a charitate Christi separari nisi a charitate iustitia? Cui consonat ad unguem discipulus Augustini sanctus Prosper, quando in Psalmum centesimum decimum octavum scribit: *Id agit gratia ut mandata Dei dilectione impleantur, que impleri timore non poterant. Diliguntur autem super aurum & Topasion, id est super ea que pretiosa habentur in terra quando in observantiam mandatorum, non aliquod temporale premium quaeritur, sed ipsa iustitia: quia nihil est melius eo bono quo ipse homo fit bonus. Quae est manifesta periphraasis summi & veri Dei.*

Quae sane ratio est, quod quemadmodum illam iustitiam incommutabilis firmitate diligere ac certi tradit, quandocumque aliquis iustum ac rectum aliquid faciendum esse decernit, ita & bonitate ipsam praecipit esse diligendam cuius a notio nobis lucet cum aliud alio melius esse iudicamus. Hoc enim impossibile est fieri nisi regula aliqua stabilis & aeterna bonitatis affulgeat cui magis minusve consonet quicquid peius aut melius esse dicimus. Haec autem bonitas perinde uti iustitia & veritas Deus est. Vnde Augustinus cum varia creatura bona recensuisset; Tolle, inquit, hoc & illud, & vide ipsum bonum si potes, ita Deum videbis non alio bono bonum, sed bonum omni boni. Neque enim in his omnibus, vel quae commemoravi, vel quae alia cernuntur sive cogitantur, diceremus aliud alio melius, cum vere iudicamus, nisi esse nobis impressa notitia ipsius boni, secundum quod & probaremus aliquid & aliud alij proponeremus. Sic amandus est Deus, non hoc & illud bonum, sed ipsum bonum. Quae enim animi bona, anima non cui super veluti iudicando, sed cui bareat amando. Et quid hoc nisi Deus? Et paucis interiectis, sicut alibi docuerat animum ad iustitiam esse convertendam, hoc est iustitiam boni operis esse diligendam, ut animus iustus esse posset & rectus, ita hic docet animum ad bonum seu ad bonitatem converti oportere si velit esse bonus animus. Nimirum quia animus non potest fieri bonus nisi bonum seu bonitas ipsa caste sincerèque diligatur. Cum vero, inquit, agit hoc studio (ut animus bonus sit) & fit bonus animus, nisi se ad aliquid convertat quod ipse non est, non potest hoc assequi. Quo se autem convertit ut fiat bonus animus nisi ad bonum, cum hoc amat & appetit & adipiscitur? Vnde si rursus se avertat, fiat, non bonus, hoc ipso quod se avertat a bono, nisi maneat in se illud bonum unde se avertat, non est quo se iterum si voluerit emendare convertat. Quapropter nulla essent mutabilia bona, nisi esset incommutabile bonum. Quae omnia ad amissum ijs cogruunt quae paulo ante de iustitia diligenda tradiderat. Nam ut ibi iustitiam illam stabilem commendavit, quae omnibus in Oriente & Occidente praesto est, quae neque copia accidentium augetur neque recedentium minuitur, ex qua velut incommutabili regula ubique mentis oculis praesente discernunt: quid iustum quid iniustum, quid rectum aut pravum sit, ita hic bonitatem diligendam docet, non illam qua formaliter haec vel illa creatura bona est, sed illa potius, qua ex-

emplariter (ut ita loquar) boni sumus, hoc est ipsam bonitatem ex qua veluti regula omnis bonitatis quam cernimus, aliud alio melius esse pronunciamus. Neque ista bonitas aliud est quam iustitia, neque iustitia & bonitas aliud quam veritas, quemadmodum & Augustinus hoc ipsum subinde declarat. Nam inde est quod supra dixit, quod homo qui creditur iustus, ex ea forma & veritate diligatur quam cernit & intelligit apud se ille qui diligit. Quam ibidem aliquoties vocat veritatem interioreni praesentem animo qui eam valet intueri, inferius vero incommutabilem formam iustitiae quam in Deo cognoscimus, secundum quam hominem ripere oportere iudicamus. Inde quoque est, quod bona bonitatem non solum illam ex cuius dilectione animus iustus & bonus fit, sed etiam illam iuxta quam animus, quatenus animus bonus ducitur, & rebus corporeis praeponeudis, non aliud esse doceat quam ipsam veritatem velut artem in qua animum velut magnam creaturam & in superioribus praeponeudam approbamus. Illud etiam inquit, quod animus tantum quia est animus utrum non duntaxat modo bonus, quo se convertit ad incommutabile bonum, sed ut dicitur tantum animus, cum ita nobis placet, ut eum omni etiam luce corporea cum bene intelligimus, praeseramus, non in seipso nobis placet, sed in illa arte qua factus est. Unde enim approbatur factus, ubi videtur factus fuerit. Haec est veritas & simplex bonum. Non enim est aliud aliud quam ipsum bonum, ne per hoc etiam summi ut bonum. Non enim minus vel augeri bonum potest nisi quod ex alio bono bonum est. Ad hoc se agit ut animus convertatur ut bonus sit a quo habet, ut animus sit. Tunc ergo voluntate naturae congerit ut personatur in bono animus, cum illud bonum diligitur & conversione voluntatis, unde est illud quod non amittitur, nec aversione voluntatis. Hoc autem ut iam dixi, est veritas quam in omnibus actionibus animus spectare, diligere ac sectari debet. Illam qui sepe diligendo velut regulam incommutabilem omnium faciendorum, simul etiam iustitiam & bonitatem & castitatem & quamlibet virtutem diligit. Nulla enim omnino virtus, vera virtus esse potest, nisi veritate nitatur. Vnde Augustinus: Certe pia, vera, sancta castitas non nisi ex veritate est. & quisquis adversus eam facit profecto adversus veritatem facit. Cum procul dubio nulli esset fideliter amabilis castitas si non eam praesepet veritas. Quod in omni proforsum virtute simili modo locum habet. Omnis quippe virtus regula illa sempiternae veritatis & iustitiae nititur quam immutabilem supra mentem suam videt quisquis iuste vivendum esse vidit. Neque quisquam omnino iuste vivit vel ullam actionem iustam facit, nisi qui regulam illam incommutabilis veritatis & iustitiae diligit. Quidquid enim aliud praeter illam iustitiae formam dilexerit, aliquid creat in diligit, & illa dilectione creatura, serviet non creatori. Ex quo necesse erit ut vel cupiditate illa vitiosa assequendi creati boni, de qua multa diximus, vel timore amittendi animus impellatur. Cuiusmodi actionem iuxta Augustini principia iam declarata impossibile est esse iustam aut bonam.

lib. 8. de Trinitate c. 6.

ap. 9.

lib. 1. c. 3.

lib. contra mendaces c. 19

Cap. 10.



CAPVT NONVM.

Ostenditur consonantia doctrinæ Augustini in hac materia de
iustitiâ & boni operis dilectione & gratiæ necessitate
ad hoc præstandum

Hæc si rectè juxta declaratam Au-
gustini mentem intellecta fuerint,
statim evanescet omnis illa dissona-
tia, quæ quidam offensi in absurdas
sextcentisque locis Augustini testimonijs repug-
nantes imaginationes lapsi sunt, quibus do-
ctrinam ejus liquidissimam, divissimamque
ad Aristotelicam commenta detorserunt. Vna
enim & æquabilis apparebit facies eloquio-
rum & sententiarum ejus. Verissimum quippe
mox apparebit nullum esse posse opus bonum,
nullam operis faciendi voluntatem bonam,
nisi sit cupiditas boni, hoc est nisi bonitas ejus
& iustitiâ diligatur; quam nisi diligit, non-
dum bene sit bonum, nec sit in corde quod fieri vide-
tur in opere. Necessè est enim, ut aliud quip-
piam diligat ex cuius vel retinendi vel asse-
quendi voluntate opus ex objecto bonum,
sive bonitatis sive iustitiæ dilectione operetur.
Proinde necessario rei temporalis amo-
re vel timore, hoc est vitiosa creaturæ fruen-
diæ cupiditate vel pœnæ formidine, quorum
utrumque ab Augustino, juxta sapientissimè in-
culcata in alio tractatu principia, reproba-
tur.

Vide supra
lib. 2. de sta-
tu naturæ
cap. 1.

Apparebit etiam continuò quid sibi velit
illæ Augustini phrasæ, opus fieri debere dile-
ctione iustitiæ, delectatione & cupiditate boni; vo-
luntate beneficiendi; oportere ut in beneficiendo
nos delectet bonum; ut nos delectet quod præcipit
Deus, ut ametur quod agendum est, ut condelecte-
mur legi Dei, & similia quæ supra recensui-
mus.

Apparebit etiam quid sibi velit quod ani-
mus à peccandi affectu liber esse non possit,
nisi à peccato absteatur, delectatione boni, &
amore iustitiæ; nisi ipsum non peccare del. det.;
nisi caveatur peccatum quia iniustum est, cuius-
modi locutionibus Augustinus scater. Nam
hæc omnia nihil aliud sibi in Augustino vo-
lunt nisi animum esse debere in bene agendo
ab omni cupiditate creaturæ & consequenter
pœnæ timore qui nascitur ex cupiditate va-
cuum, ut per castam, nullaque externâ con-
sideratione vitiatam dilectionem in sola ope-
ris ac legis Dei præcipientis iustitiâ & veritate
figatur. Hæc autem bonitas & iustitiâ non
est illa quam Peripatetici, imaginantur, operis
humani moralis dignitas, splendor, honestas,
aut quocunque alio nomine voces. Nam ta-
lem operis quantumcunque honesti voluntate
Augustinus ex professo, & res ipsa vetus
superbiam, & non in creatore sed creatura
gloriantem voluntatem improbat, sicut su-
pra fufus explicuimus. Sed est illa incom-
mutabilis iustitiâ atque bonitas, hoc est stater-

Vid. lib. 4.
de statu na-
turæ cap. 1.
p. 10. 11. 12.

33.

na veritas, & lex omnipotentis Dei, quam in
æpignitate certamus, cum aliquid ex ejus re-
gula conspecta velut consonum aut dissonum
probamus aut improbamus. Hæc autem ius-
titiâ, hæc bonitas, hæc veritas, tanquam in-
commutabilis lex, omnis bonitatis, aut ius-
titiæ, aut veritatis, quam videmus in creatu-
ris, non est alia nisi ipse Deus, qui non imitat
idoli ut ipse loquitur, aliquo præter se amate
cujuscunque creaturæ sed ut veritas, ut ius-
titiâ, ut bonitas, ut sapientia cogitandis &
amandis est.

Hinc etiam apparebit cur divinitus disti-
cta Spiritus sancti charitate opus sit, ut ani-
mus in quocunque tandem opere a peccato
liber sit: vel ut opus quocunque bonum, aut
iustum, aut rectum sine peccato operetur.
Nimirum quia ista puritas iustitiæ & veritatis
quæ non est alia nisi Deus, non potest illo
modo à creatura diligi nisi ejus dilectio divi-
nitus inspiretur: juxta certissimam Apostoli
regulam. *Charitas Dei diffusa est in cordibus no-
stris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.* Et
illam Augustini, *Liberum arbitrium ad malum
sufficit; ad bonum vero nihil est, nisi adjuvetur ab
omnipotenti bono: quæ in omnibus ejus operibus
decantata est.* Itaque ista vera ratio est,
cur cum in libro de Spiritu & littera sexten-
tes istam *amorem iustitiæ* qui in omnibus ope-
ribus bonis tanquam genuinus charitatis fra-
ctus emicare deberet, commendare & incul-
care statueret, statim in initio libri objectum
istius amoris explicans, *Nos docemus, inquit,
humanam voluntatem sic divinitus adjuvari ad fa-
ciendam iustitiam ut accipiat Spiritum sanctum,
quo fiat in animo eius delectatio, dilectio, & am-
ILLIUS ATQUE INCOMMUTABILIS BONI
QUOD DEVS EST.* Cujus causam statim
reddens, exponit per *delectari & amari id quod
agendum & quo nitendum est.* Et in decursu
cùm sexcentis inculcasset dilectionem ius-
titiæ per Spiritum sanctum in animo fieri de-
bere, hoc etiam vocat ibidem *ut bonum Dei
quod diligunt, sit Deus ipse quem diligunt*, quia
ista forma sempiterna bonitatis iustitiæque
quæ diligitur non aliud est quam summum
atque incommutabile bonum &c Deus ipse
quem diligunt.

Hinc denique intelligitur quando Deus
per Prophetam pollicetur, *Dabo legem meam in
visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam,*
vel quando toties dicit Augustinus locum
illum exponendo, quod per Spiritum sanctum
*Lex Dei, adeoque iustitiâ in cordibus scribatur
quam culpa deleverat; nullo modo hæc intelli-
genda esse de iustitiâ qua homo formaliter
iustus*

725

justus esse dicitur, hoc est de habitu charitatis, sed de iustitia illa exemplari, quæ est æterna lex Dei & ipse Deus. Nam illam intelligit quando sexcenties dicit opus legis, iustitia dilectione esse faciendum, & nos intrinsecus habitantem legis iustitiam dilecturos; & in imo affectu legis iustitiam amplecturos. Distinguit enim apertissime legis iustitiam ab ipso affectu, seu actu charitatis qua diligitur ipsa legis iustitia. Itaque iuxta sanctum Augustinum non ipsa charitas tanquam hominis iustitia in corde scribitur, sed ipsa æterna & incommutabilis iustitia, quæ est Deus noster, & unde habet lex omnis temporalis quicquid iusti continet, significatur scribenda in visceribus per charitatem; & hæc iustitia sic scripta est istud mentis bonum, intelligibile bonum quod commemorat; ut bonum Dei quod diligitur, sit Deus ipse quem diligit. Nam charitas iuxta sanctum Augustinum est potius vinculum istud & quasi gluten quo iustitia illa seu Deus, conjungitur homini ut ejus particeps fiat; unde ad illa verba Psalmi: Agglutinata est anima mea post te, dicit Augustinus: Vbi est ipsum gluten? IPSVM GLUTEN CHARITAS EST. Charitatem habet, quo glutine agglutinetur anima tua post Deum. Et adhuc inferius, Quid facit? Non enim rapitur erant gluten, quo adhaesit anima mea post te. Charitas igitur vinculum glutinosum est; quasi unio ipsa qua Deus iustitia sempiterna cordi conjungitur & inscribitur; ut anima mortua per ipsam substantiam Dei charitate sibi conjunctam vivificetur & sanctificetur; & particeps fiat Dei, eo magis ac magis quo arctius & profundius ei per charitatis incrementum copulatur. Unde Augustinus in Ioannem scribens, cum præmississet pietatem, pulchritudinem, castitatem, veritatem esse immutabilem; mutabiles autem esse pios, pulchros, castos, veraces, adijcit: Deus igitur incommutabilis est, anima mutabilis. Quanto capit anima ex Deo, unde sit bona, participando sit bona, quomodo tuus oculus participando videt. Quia ergo anima participando sit bona, si mutata ceperit esse mala, bonitas manet, cuius erat particeps bona. Bonitatis enim cuiusdam particeps facta est, cum bona esset qua mutata in peius integra bonitas permanet. Si recedat anima & mala fiat, non immutatur bonitas, si revertatur & bona fiat non crescit bonitas. Factus est oculus tuus particeps lucis huius & vides. Clausus est, hanc lucem non nuntiasti: Apertus est, hanc lucem non auscisti. Hæc data similitudine fratres intelligite, quia si pia est anima, est pietas apud Deum, cuius sit particeps anima; si est casta anima, est castitas apud Deum, cuius est particeps anima: Si bona est anima, est bonitas apud Deum, cuius particeps est anima: Si est verax anima, est veritas apud Deum, cuius est particeps anima: cuius particeps si non fuerit anima, omnis homo mendax. Et in alio tractatu participationem istam declarat fieri, quatenus per ipsam substantiam Dei anima vivificatur, sicut corpus per ipsam substantiam animæ: Insinuavit nobis (Dominus Iesus) animam humanam & mentem rationalem qua inest homini, non inest pecori, non

A vegetari, non beatificari, non illuminari, nisi ab ipsa substantia Dei. Et quamvis leniri & offendiposita etiam per corporis sensus; beatitudinem tamen eius qua sit beata ipsa anima; non fieri nisi participatione illius vita; semper viva, incommutabilis; æternæque substantia qua Deus est; ut quomodo anima qua inferior Deo est, id quod ipsa inferior est, hoc est, corpus facit vivere; sic eandem animam non facit beatæ vivere nisi quod ipsa anima est superius &c. Hæc est religio Christiana ut colatur unus Deus non multi Dei: quia non facit animam beatam nisi unus Deus. Participatione Dei sit beata. Non participatione sanctæ animæ sit beata infirma anima; nec participatione Angelis sit beata sancta anima, sed si querit beata esse infirma anima, querat unde beata sit sancta anima. Non enim beatus efficiet ex Angelo tu, sed unde Angelus vult & tu. Quæ autem beatitudinis, eadem planè & vivificationis & sanctificationis ratio est, prout ipse etiam in eodem tractatu tangit: Nec possunt vivere anime nisi earum vita sit Deus, sicut ipsa sunt vita corporum &c. Unde anima moriuntur cum per peccatum earum vita quasi expirat & abscedit Deus. Nempe vera sunt ista omnia quia per ipsam charitatem velut unionem, vinculum, & gluten utriusque, anima intimè conjungitur Deo & sit particeps ejus, ipsaque participatione beata, pia, sancta, verax, iusta, quæ nihil istorum per seipsam esse potest: quemadmodum per unionem anima intime conjungitur corpori nec sit quod ipsa est, sed particeps ejus, vivum, agile, vegetabile, sensitivum &c. qua discedente moritur ac dilabatur. Ex quibus facile intelligitur, quo pacto & sensu per charitatem lex Dei & iustitia Dei, non illa nostra habitualis qualitas, sed illa sempiterna iustitia & veritas Dei scribatur in visceribus & corde nostro, ut quemadmodum hoc Augustinus explicat, ei amore coherendo signetur, tanquam ex annulo cera, illi, affixus habeat imaginem eius. Hanc doctrinam de iustitiæ dilectione huc usque ab Augustino traditam à Peripateticis remotissimam, si quis eorum non intelligat, oret Deum ut intelligat. Quod si quis rideat me ista dicentem, inquit quodam loco, & ego doleam ridentem me. Quod si in Augustino, intelligendo me falli putet, videat ne forsan ipse fallatur. Testimonia enim tam evidentiâ sunt, totiusque doctrinæ tam accurata consonantia, ut non possit in alios sensus sine apertissima absurditate torqueri. Ad me quod attinet, hoc ingenuè profiteor difficile me reperire posse in Aug. doctrinam crebrius, clarius, & inculcatius traditam quam eam de qua loquimur. Ut nisi lectoris tædio parcere voluissem, non operosum fuisset (absit dicto arrogantia) iustur opus de hac sola difficultate elaborare. & quemlibet Peripateticum contradictorem queam ab Augustini auctoritate remotum vellet, testimoniorum copiâ & claritate, totiusque doctrinæ sancti Augustini mole & consonantiâ opprimere.

Hh CAPVI

Phil. 25.

16. Psal. 62.

Philom.

10. Confess.

cap. 12.

10. Psal. 23.

10. Psal. 23.

10. Psal. 70.

10. Confess. cap. 12.

10. Psal. 23.

CAPVT X.

Refellitur responsio qua putari posset iustitiam &c. diligere posse dilectione naturali: & concluditur secundum argumentum.

Hic fortè respondebitur amorem illum iustitiæ, quem explicuimus, sine quo non potest esse opus bonum, aut liber à mala voluntate animus, esse posse naturalem; & ideo non sequi, ut propterea non possit creatura rationalis sine gratia in statu aliquo puræ naturæ condi, quamvis sine iustitiæ amore condi non possit. Sed hæc responsio multis modis deficit & Augustini doctrinæ ex diametro repugnat. Primò, quia in omnibus operibus suis expressissimè sapissimèq; docet sinceram iustitiæ, præcepti, legis, bonique operis dilectionem, nullo modo haberi posse ab homine sine gratia Dei, dilectionem illam diffundente in cordibus nostris, sicut hoc plurimis testimonijs supra declarauimus. Quod usque ideo verum est, ut hoc ipsum tanquam Pelagianam hæresim proferbat. Nihil enim volebant aliud Pelagiani quam illam boni operis ac iustitiæ dilectionem, quam Augustinus ex gratia largiendam esse contendebat, liberi arbitrij viribus obtineri posse, & hoc ipsum Philosophos suâ libertate fecisse. Quibus non respondet Augustinus Philosophos bonorum operum iustitiæ dilexisse naturaliter, sed potius nullam habuisse, utpote qui superbæ suæ litaverint, dum virtutem propter virtutem, hoc est, opera virtutis propter seipsa dilexerunt quemadmodum hoc supra latius declaratum est. Vnde illa distinctio duplicis dilectionis iustitiæ, quarum altera sit naturalis, altera supernaturalis ab Augustini, Prosperi, Fulgentij, & omnium antiquorum gratia defensorum principijs aliena est, multis post eos seculis excogitata, qua sane gratior Pelagianis dari nequit, utpote qui per eam, uniuersam doctrinam suam, cum Catholica copulabunt. Quod enim Scholastici se satis tutos aduersus pestem illam putent respondendo Pelagianos meritum in illo amore naturali statuisse, hoc suo loco inane commentum esse demonstrabitur.

Vide infra
lib. 5. de gratia Christi
saluatorum
cap. 11. & 12.

Lib. de Spir.
& lit. c. 15.
Lib. de nat.
& gra.
cap. 57.

Secundò, quia Augustinus expressè & sapissimè docet, sine illo Spiritu gratiæ, qui iustitiæ diligere facit, non posse aliud in animo dominari nisi dilectionem peccati quod illi iustitiæ tanquam iniustitiæ directè aduersatur. Nam in libro ubi maximè omnium fatagit pro obtinenda iustitiæ dilectione per Spiritum sanctum aperte dicit Spiritu sancto fieri in nobis ut non peccare delectet, ubi libertas est, sicut præter hunc Spiritum sanctum peccare delectat. Et libro de natura & gratia dicit eum qui non iustitiæ dilectione, quam Spiritus tribuit, sed timore pænæ se sentis abstinere ab opere peccati, non-

A dum liberum nec alienum esse à voluntate peccandi. Et rursum per dilectionem boni, quam gratiæ tribuit, dicit, non consentiri ad malum. Quæ doctrina proflus falsa est, si vel aliter iustitiæ diligere, peccatumque non delectare potest, quam Spiritu gratiæ, vel aliter animus alienus esse potest à voluntate peccandi quam illa supernaturali iustitiæ dilectione. Si enim naturaliter iustitiæ diligere sine peccato potest, certissimum est Spiritum gratiæ & supernaturalem iustitiæ dilectionem ad hoc non esse necessariam: quam tamen tanquam necessariam Augustinus semper constantissimè docet.

Tertiò, quia illum amorem iustitiæ quem gratia largiri debet, sexcentis locis opponit formidini pænæ, ita videlicet ut impossibile sit, eum qui ex illo amore iustitiæ non operatur, aliter quam ex timore pænæ animum sub amore peccati adhuc depresso retinente operari, juxta illud Augustini fundatissimum, *Inimicus iustitiæ est qui pænâ timore non peccat; amicus autem erit si eius amore non peccat.* Quod præterquam quod ex multis testimonijs paulò ante recitatissimè patet, etiam supra partim declarauimus esse verissimum, partim alibi vberius ostensuri sumus. Hoc autem omnino falsum est, si alio amore ex puræ libertatis viribus prodeunte iustitiæ diligere potest. Vnde claris verbis dicit: *quando habes tuam iustitiæ, id est naturalibus tuis viribus partem, potes timere pænâ non amare iustitiæ.*

Quartò, quia expressè ut sæpius docet, dilectionem qua quis condelectatur legi præcipienti, non potest esse nisi Spiritus sancti donum, fide scilicet per dilectionem operante: Porro si ad sit fides qua per dilectionem operatur, incipit condelectari legi Dei, qua delectatio non littere sed Spiritus donum est. Et expressissimè alibi: *Non video quomodo discretus homo sub lege, carens videlicet gratia, condelector legi Dei erit. Cum ipsa delectatio boni qua etiam non consentit ad malum, non timore pænâ, sed amore iustitiæ (hoc est enim condelectari) non nisi gratiæ deputanda sit. Ecce non nisi gratiæ deputari potest condelectatio legis Dei, quia scilicet legem sincerè propter legem Dei seu iustitiæ legis operari cupit.* Hæc autem sine dubitatione inepta falsaque sunt, si lex Dei animum delectare potest naturaliter, neque gratiæ hoc deputandum.

Quintò, quia remittit homines ad experientiam suam, ut si delectentur iustitiæ quando operantur, non dubitent hoc esse gratiæ donum; ut quando agunt sicut agendum est, id est cum dilectione & delectatione iustitiæ, suauitatem quam dedit Dominus accepisse se gaudeant. Hoc autem fallaciæ sine dubio plenum est, si aliter

ter quam cælitus inspiratâ suauitate iustitia diligere potest. Vnde comparans inter se bonum & malum, iustitiam & iniquitatem, & exquirens utrum ex malo & iniquitate dumtaxat delectatio percipiatur, & non ex bono atque iustitia, respondet ex utrisque percipi, sed delectationem ex bono non posse nisi per Spiritum S. inspirari. Habet, inquit, delicias

Ym. 15. de suis iniquitatibus & iniustitia non habet? Delectat malum, & non delectat bonum? Delectat omnino; sed Dominus dabit suauitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Quam suauitatem statim explicat per amorem charitatis. Et alibi: Veniet gratia Dei ut delectet te iustitia, sicut delectabat iniquitas.

Quid breuius & euidenti? Nimirum ut si nos delectet iustitia sicut iniquitas, opus est gratia Dei: quam quisquis in Augustino tantillum versatus est, novit non esse aliam; quam qua charitas in cordibus nostris diffunditur, ut ante sapios jam audiuimus. Hoc est enim quod disertissimis verbis dicit, Cum id quod agendum & quo uiuendum est, capere non latere nisi etiam delectet & ametur, scilicet id quod agendum est seu opus bonum seu iustitia eius non agitur non suscipitur. Ecce non potest vel agi vel suscipi opus bonum, nisi delectet & ametur. Si enim non delectet & non ametur ipsam opus bonum; jam non est bonum quod suscipitur, sed aliud quippiam quod opus suscipiendo assequi cupit. Sed unde fit ut ametur quod agendum est? Audi sine ullis ambagibus Augustinum: Ut autem diligatur, charitas Dei diffunditur in cordibus nostris. Et qualis charitas an naturalis, quam pura natura excitare potest? Non per liberum arbitrium quod surgit ex nobis, sed per Spiritum S. qui datus est nobis.

Sexto quia impossibile est esse opus bonum, nisi ipsum bonum quod precipitur appetatur & moueat animum. Hoc autem docet non posse fieri nisi per gratiam Dei. Tunc bonum concupisci incipit cum dulcescere capis. Sed unde hoc homini ut vel concupiscatur vel dulcescat opus bonum sine quo impossibile est animum moueri ad bonum, quemadmodum in quaestione secunda libri primi ad Simplicianum expressè docet? Audi & hic: Ergo benedictio dulcedinis, qua scilicet dulce fit bonum quod agendum, est gratia Dei qua fit in nobis ut nos delectet & cupiamus, hoc est, amenius quod precipit nobis. Qua de causa aliterantissimè alibi dicit charitatem esse, qua non libet nisi quod & libet, & licet. Et rursum: Per donum charitatis delectat legem esse factorem. Falsa sunt hæc omnia si bonum quod agendum est dulcescere potest, & concupisci potest naturæ viribus sine Spiritu sancti gratia prout in pura natura, hoc est in eodem statu in quo nos sumus, fieri posse statuunt.

A Septimò quia docet tunc impleri præceptum non occidendi, si non timore pœnæ sed ideo non occidat quia iniustum est. Et hoc ipsum fieri non posse nisi illâ charitate, quam Scriptura commendat. Falsissimum & istud est, si homicidium & quodlibet peccatum contrarium naturæ legibus, sine cælitus infusa charitate dilectione naturali declinari potest ideo quia iniustum est, hoc est, sic ut ipsa iniquitas & iniustitia horrorem incuriat.

Vide in cap. 5. Epistolæ ad Galatas. Super citat.

Quæ quidem omnia manifestè declarant, nunquam in mentem venisse Augustino sententiam illam, qua putatur vel iustitia, vel præcepto, vel lege, vel bono opere, delectari aliquem posse dilectione naturali, vel ipsam iustitiam aut legem, aut opus bonum concupisci aut suauitate esse, aut libere posse suauitate naturall; vel homicidium aut aliud quodcunque peccatum sub ratione peccati, seu iniustitiæ, seu ideo quia iniustum est, declinari posse horrore naturali: sed hoc totum iuxta indolentiam Augustini doctrinam est opus gratiæ & officium illius altissimæ charitatis, beneficium Spiritus sancti, qui cor cæcæ delectatione molire, erigere, & ab iniquitatis delectatione, hoc est a creaturæ dilectione ad iustitiam illius dilectionis detestandam, & iustitiæ æternæ que legis peccata veteris & bona præcipientis dilectionem convertere, & attrahere debet. Quod nisi fecerit, voluntas creaturæ rationalis, quocunque se converterit, etiam tum cum se legem & iustitiam diligere putabit, siue naturaliter siue aliò quocunque modo, non heredit nisi in dilectione ac delectatione creaturæ, quod eadem illâ æternâ lege damnatur. Illa quippe iubet, ut sæpè diximus, auertere amore a temporalibus & eum mundatum convertere ad æterna. Sed hoc ipsum, ut tanta testimoniorum congruentia clamat, fieri non potest, ne quidem sub infirma illa maximeque necessaria & connaturali consideratiõne videlicet iustitiæ, legis æternæ, boni operis ut in eo elucet ratio boni & similibus jam explicatis, nisi per veram & propriissimè dictam gratiam Dei. Quod si ita est, quemadmodum iuxta doctrinam Augustini reuera ita esse certum est, profecto puræ naturæ status funditus eversus ruit. Non enim potest condi creatura rationalis nisi in tali statu, ut legi obedire possit propter iustitiam legis, ut amare possit iustitiam, diligere veritatem, concupiscere bonum, voluntate benefaciendi benefacere, declinare peccatum quia iniustum est, & similia: quæ sine amore charitatis, hoc est sine amore supernaturali fieri impossibile est.

Lib. 1. de lib. arbitrii.



CAPVT XI.

Tertio ex amore quo Deus amatur gratis.

QUOD tamen ut uberius & ex diversorum principiorum consonantia certius eliquatiusque conlter, ex alio capite non minus evidenter mens Augustini demonstrari potest. Amor quippe Dei sine quo secundum supra dicta creatura rationalis condi nequit, quin eum habeat saltem in potestate sua, non potest esse alius quam quo Deus amatur propter Deum. Si enim propter aliud quippiam Deus diligatur, non est iste verus & castus amor Dei, sed illius rei quam per Deum assequi cupit. Nam, ut optime Augustinus, qui propter beneficia terrena Deum querunt, non utique Deum, sed illa querunt, quia eo modo timore servili, non libera dilectione Deus colitur. Sic ergo Deus non colitur, hoc enim colitur quod diligitur. Cupulmodi cultus & amor etiam à sceleratis hominibus haberi potest & solet, utpote qui ex creatura male dilectæ cupiditate proficiscitur. Mortui enim sunt qui Deum non gratis colunt, id est quia ipse est Deus, non quia dat talia bona, quæ dat & non bonis. Nam & invidi, & avari, & hæretici, & quicquid aliud sanæ doctrinæ adversatur, Deum colunt & laudant, & diligunt & gratias agunt eo impensius quo invictius eorum cupiditates implere potest. Hinc Saul cum flagraret invidia: Benedicti, inquit, vos à Domino &c. Et de improbis generatim Augustinus: Perversi frui volunt nummo, uti autem Deo, quoniam non nummum propter Deum, sed Deum propter nummum colunt. Quod & diabolus intellexit quando fugillans pietatem Iob quasi aliqua cupiditate vitiatam Deo dicit. Namquid Iob frustra colit Deum? Hoc est, an colit eum gratis & propter ipsum Deum? Nam, ut Augustinus ait: Putabas diabolus quod in Deo colendo vir iustus cor inclinatum haberet in avaritiam, & causa emolumentis vel utilitatis rerum temporalium quibus eum ditaverat Dominus, velut mercenarius ei pro tali mercede serviret. Sed quam gratis Deum coleret, incertatus apparuit. Huiusmodi igitur amor & cultus Dei non est gratuitus, non est castus, non est Dei propter Deum, & ideo non est Dei sed rei alterius, & à scelestissimis, ut dixi, hominibus Deum uti satellitem cupiditatum suarum diligentibus plerumque possidentur, de quo nobis non est hic sermo sed de illo, quo Deus diligitur propter Deum, seu quod idem est, quo Deus ipse non aliud quippiam diligitur, ita videlicet ut cor non sit deorsum incurvatum, sed rectum cum Deo, Rectum enim cor cum Deo est, quando propter Deum querit Deum. In cor illi autem non recto cum Deo est ubi ea potius diligit, propter quæ Dei adiutorium requirit. Atqui talem amorem castum Dei & recti cordis cum Deo, qui solus est verus amor Dei, non rei

alterius, nullo pacto haberi posse, sine vera & magna & proprie dicta gratia Dei, & consequenter nullum omnino opus sine eadem gratia exerceri posse propter Deum ita dilectum, sicut ad omne opus bonum omnino necessarium esse in alio tractatu latissime demonstravimus, indubitata sancti Augustini doctrina est. Nam hinc est quod cum Propheta Dei gratiam implorasset his verbis, *Inclina cor meum in testimonia tua*, quæ te scilicet gratis diligendum esse testantur, & non in avaritiam, sic eum exponit Augustinus: Testimonij suis agit nobiscum Deus ut eum gratis colamus, quod impedit avaritia radix omnium malorum, scilicet ut addit avaritia generalis plus habendi quam satis est, seu aliquid præter Deum. Omnis autem à nobis circumdatur avaritia si gratis colatur Deus. Si ergo cor non habeamus inclinatum in avaritiam, Deum non colimus nisi propter Deum, ut sui cultus ipse sit merces. Ipsum diligamus in seipso &c. Sed unde talis gratuitus amor in hominibus? Quod vobis quoniam ipso donante confertur, ideo illi dicitur: *Inclina cor meum in testimonia tua non in avaritiam*. Et alibi præclarissime: *O si castitatem amares non faceres (adulterium) etsi omnimodo impunitus excideres. Si tibi Deus diceret, Ecce fac non te damnabo, sed faciem meam tibi negabo. Si propter hanc comminationem non faceres, amore Dei non faceres, non timore iudicij &c.* Sed an est possibilis talis gratuitus amor ex natura, & sine gratia Dei? Audi Augustinum: *Si sic non facis quia horres contaminationem adulterij, quia diligis præceptorem, ut exigas promissorem, non quia times damnatorem, iam gratia est.* An non aliquando natura ut talis amor Dei gratuitus, nulloque timore, vel cupiditate vitiatatus possit esse naturalis? Hoc tibi nobis asserere, viribus tuis non tribuere. Delectationem facis, scilicet operis boni seu iustitiæ, bonæ charitate facis, bene, annuo, consentio &c. Sed unde tibi ista charitas? Si tamen est? Timor enim ne ad hunc timendo non facias &c. *Habes charitatem? Habes, inquit. Unde? A me ipso. Longè es à dulcedine si à teipso habes. Teipsum amabis quia unde habes amabis. Sed convinco, non habes.* Quod enim putas à teipso habere rem tantam, in de non credo, quod habes. Si enim haberes scires unde haberes. Nihil apertius desiderari posset quo intelligeremus juxta doctrinam Augustini prorsus impossibile esse ut amor gratuitus, hoc est, quo Deus gratis amatur & colitur non sit ex Deo. Vnde illud brevissimum ejus sed auctoritate plenissimum, *Deus non amatur nisi de Deo*, quod protulit postquam gratuitam illam delectationem iustitiæ ac Dei plurimum commendasset. Hinc & absolutissimum illud in libris

In Ps. 77.

In fine Ps. 79.

Eph. 1. de Civit. c. 25.

Contra I. in Ps. 118.

In Ps. 77.

Contra I. in Ps. 118.

lib. 1. con-
tra Iul. c. 3.

libris contra Iulianum : Ipse Deus adest, & mens illuminanda & concupiscentia superanda & molestia perscranda. Hoc enim totum recte fit, quando fit propter ipsum, id est, quando gratis amatur ipse. Qualis amor nobis esse non potest nisi ex ipso. Qua de re non est opus operose satagere corrogandis Augustini testimonijs quibus omnia eius opera referta sunt. Nunquam enim cum dilectionem Dei divinam gratia tribuit, sicut ubique tribuit, de illa vitiosa dilectione loquitur, qua propter aliud quippiam assequendum, ideoque non gratuito sed mercenario amore diligitur Deus : sed semper de illa qua Deus diligitur propter se. Hac est enim illa vera & sancta charitas Dei, quae non aliter definitur, quam dilectio Dei propter Deum: nec aliter ab Apostolo in nobis diffundi traditur in cordibus nostris, quam per Spiritum sanctum qui datus est nobis: nec aliter unquam ab Augustino, amor iste, quo gratis amatur ipse, nobis esse non posse traditur, nisi ex ipso. Quid hic responderi potest? An forte Aug. loqui de amore supernaturali, non de naturali? Sed quid est amor naturalis, nisi qui nobis esse potest ex nobis? Et quid amor supernaturalis, nisi qui nobis esse non potest, nisi ex ipso? Hoc est ex gratia Dei? August. verò verbis istis expressè docet, omnem amorem quo gratis amatur Deus, nobis esse non posse nisi ex Deo, hoc est, esse supernaturalem hoc ipso quo est, gratuitus. Nam hoc ipso propter summam sui puritatem atque sublimi aeternam, omnes naturae & creaturae vires superat, quae non potest viribus suis nisi deorsum & ad seipsum tendere, sursum tantummodo per gratiam & adiutorium Dei. Vt proinde responsio similis illi sit, qua quis assentienti motum lapidis sursum non posse esse à natura sed tantum ab extrinseco, responderet hoc intelligendum esse de motu lapidis supernaturali. Nam hoc ipso, quo dicitur, ille motus non posse lapidi esse nisi ex extrinseco, statuitur omnis huiusmodi motus esse lapidi supernaturalis. Omnem igitur amorem quo gratis amatur ipse, supernaturalem esse docet Augustinus hoc ipso quo constantissime tota antiqua Ecclesia, iuxta Apostolicam doctrinam docet, quod talis amor nobis esse non potest nisi ex ipso. Vt sanè ridicula sit ista responsio & insigniter principum petat. Nunquam enim quisquam ita sensu destitutus fuit, ut vel amorem naturalem Dei, diceret esse debere nobis ex gratia Dei; vel supernaturalem non ex ipso. Quapropter si Dei propter Deum dilectio in nobis esse non potest, nisi per gratiam Dei & creaturae rationalis aliter condigneque, quin amor iste castus Dei propter Deum ei concreetur, ut eum vel vi creationis habeat, vel certè voluntas ei tam robusta tribuatur ut in eum erumpere possit, manifestum erit creaturam rationalem sine amore Creatoris supernaturali non posse condici. Respondebitur forsitan Augustinum loqui de amore, quo Deus diligitur sicut oportet; itemque de operibus bonis quae fiunt sicut oportet.

A Non enim sine causa tam ipse, quam Concilia cum de dilectione vel operibus bonis loquuntur, tam sollicitè subinde dicunt, Deum diligere aut coli non posse nec opus fidei aut pietatis fieri sicut oportet sine gratia Dei. Nunc enim postquam natura rationalis ad statum deificum elevata est, oportet ut Deum infusam charitate dilectum, opera iustitiae & pietatis operetur, ad hoc ut ad iustificationem possit salutemque pervenire.

In hac responsione valde sibi placent, quotquot doctrinam de divina gratia ex naturalibus potius philosophiae principijs condere, quam ex Augustino haurire maluerant. Nunquam enim vel Augustinus vel Concilia quae doctrinam eius ad amissam, ne latum quidem arguerent ab ea descedendo tradiderunt, de tali sensu verborum illorum cogitarunt, vel vestigium eius aliquid reliquerunt in scriptis aut canonibus suis, sed à Scholasticis, excogitatus & arreptus est, non quia verus, sed quia commodus eorum principijs & naturae viribus tuendis, quas humana philosophia ad summum falligium potestatis extollit. Res enim explorata est in Augustini doctrina, nullam aliam dilectionem sicut oportet reperiri, quam illam, qua Deus gratis diligitur, hoc est, propter Deum: ad quam propterea diligentissime semper hortatur, & omnes emolumentum creati consequendi considerationes excludit. Gratia, inquit, patet quae nullam ex odio commodum querit vel incommodum fugit. Sic videntur Dominum scripsisse sic dicitur nisi, hoc est gratia; ut ista praeferat illam non expectat bonam. Ecce iustorum dilectionem non aliam, quam ut gratis diligant, quod agit alijs sexcentis locis. Faciem meam tantum tibi negabo. Si expavisti, amasti, si contremuit cor tuum in non videndo Deum tuum, cap. 10.

C Signati penam patisti, gratis amasti. Si ergo sermo meus inveniatur in cordibus vestris aliquam scintillam gratuiti amoris Dei ipsam nutrite. Nam scintillam boni amoris statu in vobis, nutrite in vobis. Ipsa cum creverit & flammam dignissimam & amplissimam fecerit omnium cupiditatum carnalium sanum consumit. Et quia nemo Scholasticorum dubitat opus pietatis fieri sicut oportet, hinc est quod ex eadem regula nullum agnoscat Augustinus opus pietatis, nisi ipsum amorem gratuitum, & quod ex tali gratuito amore proficiscitur, ut pote qui est ipse maximum pietatis opus. Cor quod tulle perit, tulle pulsat & querit, primum esse debet, primum amare Deum gratis: Nec est enim de diversis pietas. Nec sibi extra illum ponere mercedem, quam expectat ex illo. Rursum quia non dubitant imò expressè docent, hoc opus fieri sicut oportet, quo iustificationis gratia acquiritur, sciant hoc ipsum non aliud esse quam gratuito Deum amare & colere: Ille iustificatur apud Deum, qui eum gratis colit: non scilicet cupiditate appetendi aliquid ab ipso praefer ipsum, aut timore amittendi.

D Iuxta hanc igitur immobilem regulam quodcumque opus sit non ex timore, vel carnali amore, sed ex isto gratuito amore Dei, ita scilicet ut vel amor iste sit, vel ad istum referatur,

INNO
CENTI

Tract. 92
in Iohann.

Serm. 19 de
verb. Apost.

Serm. 228.

cap. 3.

In Epist. ad
Galatas.

Vide infra
lib. 5. de grat
Christi Sal-
vat. c. 11.
c. 12.
In Enchir.
ad Laurent.
s. 124.

feratur, hoc fit juxta doctrinam Augustini A
sicut oportet; quicquid aliter fit non fit sicut
oportet. Quam veritatem in Augustino certi-
tissimam, quia alibi ex professo tradituri su-
mus, hic unus, sed sine ulla ambiguitatis ne-
bula clarissimus locus erit satis, ex quo quic-
quid obscuritatis in hac phrasi superesse posset
velut meridiana luce dispellitur. Omnis itaque
præcepti sumus est charitas, id est ad charitatem refer-
tur omne præceptum. Quod vero ita sit vel timore penæ,
vel aliqua intentione carnali, ut non referatur ad
illam charitatem quam diffundit Spiritus sanctus in
cordibus nostris, nondum sit quemadmodum fieri oportet,
quamvis fieri videatur. Et mox subjungit: Qua-
cumque ergo mandat Deus, ex quibus unum est, Non
mechaberis: & quæcumque non iuventur, sed spiri-
tuali consilio moventur, ex quibus unum est, Bonum
est homini mulierem non tangere, tunc recte fiunt,
cum referuntur ad diligendum Deum & proximum
propter Deum. Vbi apertissime declarat quid sit
fieri quemadmodum oportet: Videlicet, nullo
timore, nulla intentione carnali, & conse-
quenter ex gratuita dilectione Dei, cui timor
& carnalis intentio ex diametro adversatur.
Vnde exponit fieri quemadmodum oportet, per
hoc quod dicitur Recte fieri: per hoc indicans
quidquid non fit ex illa gratuita charitate
Dei sive secundum Deum, non fieri quem-
admodum oportet, nec recte fieri. Vt autem
dicat ratio, & lex æterna clamat, & Augu-
stinus utraque nixus disertis verbis dicit:
Omne factum si recte factum non est peccatum est, ut
suprà fusius exposuimus. Omne igitur quod
non fit ex illa gratuita dilectione Dei pecca-
tum est, utpote necessario aliqua carnali in-
tentione, id est creaturæ cupiditate vitiatum.

Lib. de vil.
vitalis. c. 12

Quod brevi quasi verborum suorum commen-
tario declarat in opere contra Arianos, ubi
simul phrasin sicut oportet, ex Apostolo primi-
tus haustum explicat: Non ergo scimus per nos
ipsum quid oremus sicut oportet, sed ipse spiritus inter-
pellat, id est interpellare nos facit quæ sunt secundum
Deum. Quod nisi faciat, non oramus nisi secundum istum
mundum, ad explendam concupiscentiam carnis, &
concupiscentiam oculorum & ambitionem sæculi quæ
non sunt à Patre, sed ex mundo sunt. Hic succin-
ctâ brevitate vides omnia conglobata. Nam
& Apostolus explicat phrasin suam sicut oportet
per illa verba, secundum Deum, quod non est
aliud nisi ex gratuita dilectione Dei, seu re-
ferendo id quod oramus, ad Deum, quod sine
ipsius dilectione fieri nequit. Et Augustinus
exponens, quo igitur oramus modo, cum non
oramus sicut oportet seu non secundum Deum,
statim adjicit nos orare secundum mundum,
hoc est, ex dilectione mundi, seu ad explen-
dam unam ex tribus concupiscentiis mundi,
quas diabolus in homine semina vit & ex qui-
bus juxta doctrinam ejus crebro repetitam
quam antè declaravimus, omnia peccata pro-
ficiuntur. Vt planè perit de hoc sit ac si di-
ceret, id quod paulò ante dixit non recte
fieri; Omne autem factum, si recte factum non est,
peccatum est.

Cum igitur creatura rationalis non possit
ita condi, ut non possit vel recte vel sicut
oportet operari, sed ut necessario peccet; neq;
rursus sine illo gratuito Dei amore qui per
gratiam necessario dari debet, possit recte &
quemadmodum oportet operari, necessario
etiam sequitur, eam non posse sine supernatu-
rali Dei amore produci.

CAPVT XII.

Quartò ex sententia Pelagianorum, amorem aliquem Dei esse homini naturalem asserentium.

QVOD quidem Augustinum juxta A
Catholicæ Ecclesiæ doctrinam do-
cuisse, quartò ex alio rursus capite
commonstrari potest. Pelagius enim
cum quo Ecclesiæ gravissimus conflictus fuit
capitaliter in illo hallucinatus est articulo, ex
quo ceteri penè omnes de naturæ viribus de-
pendent, quod Deus amore aliquo casto, hoc
est, amore Dei propter Deum, amore nullâ
terrenâ consideratione sedato, seu amore quo
Deus juxta datam explicationem diligitur sic-
ut oportet, naturæ viribus, seu quod idem
est, naturaliter diligi posset. Quid est enim
aliud naturæ viribus tribuere amorem Dei,
quàm amorem Dei statuere esse naturalem?
Quod capitaliter Augustinus & Ecclesia in
Pelagio detestati sunt. Nam hinc est illa ce-
leberrima sancti Antistiti sententia de chari-
tate; quæ non est aliud quàm castus amor Dei
propter Deum; Vnde est in hominibus charitas
Dei & proximi nisi ex ipso Deo? Nam si non ex Deo,

Lib. de grat.
& lib. arb.
s. 18,

sed ex hominibus vicerunt Pelagiani: si autem ex Deo
vicimus Pelagianos. Nam charitas Dei non est
Augustino solum ille celebris amor Dei super
omnia, sed omnis amor Dei sincerus seu conti-
placencia Dei casta quamvis tenuissima, qua-
lis est in gravibus peccatoribus & in ijs qui
incipiunt credere & sperare in Deum. Nihil
enim istorum possunt sicut oportet nisi ex cu-
piditate boni seu ex bona voluntate, quæ Au-
gustino charitas est. Quæ tanquam verissima
suis locis exponenda sunt. Nam inde sunt illa
apud Augustinum frequentissima: Quasi verè
aliud sit bona voluntas, quam charitas quam scri-
ptura nobis esse clamat ex Deo. Itemque: Quis est
boni cupiditas nisi charitas? Vbi & ipsum pri-
mum initium talis amoris quo bonum vel
concupisci & dulcescere incipit, quod sit in
prima boni complacencia, etsi nondum ple-
na voluntate adsit, esse docet ex Deo, hoc ipso
quo aliquid boni est. Si bonum est, inquit, non
nisi ab illo nobis est, qui incommutabiliter bonus est.
Sed ut

Lib. de grat.
Christi 22
Lib. 2. de
Simp. 4. 4

124.

Sed ut

737
Sed ut dixi, hæc suis locis demonstranda sunt.

Illa igitur causa est, quod quia initium talis bonæ voluntatis non potest esse ex naturæ viribus, nec fides nec initium fidei ex eis esse possit; quia fides qua creditur sicut oportet, non potest esse sine initio bonæ voluntatis, hoc est, sine initio charitatis seu sinceri amoris Dei. Vnde & fidem in creatorem naturaliter ex creaturis cognitum, indicat Augustinus naturæ viribus esse impossibilem. Nam casum statuens quo nihil de Christi incarnatione quispiam audisset, *Quid faciet*, inquit, *hamana natura, vel quid fecit quæ vel ante non auerit hoc futurum, vel adhuc non comperit factum, nisi credendo in Deum qui fecit celum & terram à quo & se factam naturaliter sentit, & rectè vivendo eius implet voluntatem?* Ecce tibi fidem amoris Dei naturalem. Neque enim sine amore Dei per cupiditatem cuiuscunque creaturæ, vel credi in Deum, vel rectè vivi ullo pacto juxta Augustinum & veritatem potest. Sed audi jam sententiam Augustini: *Quod si fieri potuit aut potest, hoc & ego dico quod de lege dixit Apostolus: Ergo gentes Christus mortuus est.* Hoc autem in puræ naturæ statu ut minimum fieri necesse est, cum impossibile sit naturam esse in alio quam damnabili statu, nisi Deus saltem ut creator cæli & terræ credatur ac diligatur, ut etiam rectè ex illo amore vivatur. Dixit enim hanc sententiam Augustinus in hæresim Pelagianam, quæ tribuebat gentibus fidem ac dilectionem Dei creatoris per naturæ vires, quorum cordibus utrumque præceptum Deus naturæ autor inseruerat, sicut hoc Pelagianorum dogmatum expositione ex verbis eorum declaravimus.

Quid hic iterum dici potest? An Pelagium fidem & amorem Dei supernaturalem naturæ viribus tribuisse? Nihil insulsius. In ipsius enim terminis implicat contradictionem amorem Dei supernaturalem esse in potestate naturæ. Non eo absurditatis venerant illa ingenia quorum celeritatem subtilitatemque magnopere laudat Augustinus, ut in istas loquomachias ineptias laborarentur. Loquebantur

ergo de fide & amore sincero Dei qualem puræ naturæ congruere putabant. Quod eo verius atque certius esse iudicabis si animo recolueris Pelagianos primos puræ naturæ statum à capite usque ad calcem protulisse, condidisse & omnibus suis numeris absolutum expolitumque formasse. Quod & Scholastici fatentur & nos latè suo loco declaravimus. Huic igitur statui, sicut neque peccatum neque gratiam, ita initio neque fidem neque dilectionem ullam tribuebant supernaturalem, sed tantummodo illam quæ à Philosophis gentium Seneca, Tullio, Platone, & similibus prædicata est. Nam quod gentes sine cognitione Christi Deum ex operibus credidisse, & agnitum dilexisse, & ex qua cognitione dilectioneque rectè aliquatenus vixisse censerent, hoc præcipuè de illis Philosophis aliisque nonnullis qui inter Romanos aliasque gentes laudabantur, verum esse statuebant. Hanc dilectionem sinceram Dei, hoc est, quæ verè Dei sit & non rei alterius concupita, & hanc fidem ex Dei dilectione seu complacentia manentem, Augustinus totis disputandi viribus damnat velut impossibilem, velut divinæ gratiæ injuriosam. Hoc enim ipsam expugnat Augustinus, quod statum hujusmodi puræ naturæ & opera bona ex eo promanantia commendabant, ut que non possent sine Christi gratia esse nisi mala.

An fortè dicent Pelagium ejusmodi naturalem fidem atque dilectionem statui puræ naturæ quam proferebat congruam, velut meritioria, salutique utilia prædicasse? Hoc enim solemne Scholasticorum effugium est. Sed suo loco ostensuri Deo juvante sumus, neque Pelagium istud contendisse; neque si contenderit, in eo errasse, sed potius rectè sensitse, si ei fides illa dilectioneque Dei naturalis per naturæ vires possibilis esse concederetur. Sed hæc & similia commenta Pelagio non pauca sicut & Augustino imposita sunt ab iis qui neutrius dogmata satis penetrarunt, sed sua tanquam Augustini non satis excussa protulerunt.

Vide lib. 6 de hæresi Pelag. c. 11, & sub fin. lib. 5.

Vide lib. 4 de grat. Christi saluti. c. 11, & 12.

CAPVT XIII.

Quintò ex amore Dei quem Philosophi Gentiles prædicant.

738
QVINTÒ denique ostenditur mens Augustini ex eo quod sententiam Philosophorum Gentilium magnopere probet, qui licet essent Pelagianorum Patriarchæ discipulis tamen suis longe peritiores, amorem quo naturæ lumine Deum autorem omnium diligendum esse cernebant, non putabant in homine nasci posse sine magno beneficio & gratia ejusdem Dei. Hoc enim gentium Philosophos sensisse certissimum est, hoc Augustinum approbasse, exploratissimum, hoc eos de amore quem maxime vocant naturalem intellexisse nemini

dubium; cum constet eos de humana natura tanquam puræ, primos, maximeque disputasse. Ille namque status, genuinus Ethicæ Philosophiæ factus est, quæ de elevatione naturæ ad statum supernaturalem nihil omnino disseruit, aut cognovit. Sed utrumque & Philosophorum sensum & Augustini assensum videamus.

In primis igitur, prout Augustinus expresse tradit, Platonicæ docuerunt, neque virtutem, neque beatitudinem homini in alio sitam esse, nisi in cognoscendo, diligendo, atque imitando Deo: quod esse summum & hominis & Angelo-

Hh 4

Angelo-

Lib. 10. de
Civ. 1. 1.

Cap. 11.

Lib. 8. 1. 9.

Cap. 11.

Lib. 8. 1. 9.

Ibid.

Lib. 8. 1. 1.

Ibid. 1. 9.

Ibid.

Angelorum bonum, inconcussa sententia ve-
ritate tenuerunt. Eligamus, inquit Augustinus,
Platonem omnium Philosophorum merito nobilissimos,
propria, quia sicut sapere poterunt, licet im-
mortalem ac rationalem, vel intellectualem hominis
animam, nisi participato lumine illius a quo & ipsa
& unctus factus est, beatum esse non posse: ita illud
quod omnes appetunt, id est vitam beatam, quam-
quam isti assecuturum negant, qui non illi uni optimo,
qui est immutabilis Deus, puritate casti amoris
adhaserit. Et inferius: Cui Deo simpliciter in-
habere, nempe puritate casti amoris (sacris
quoque Platonis, & per multa rebus) soluit
beatissimum bonum est. Unde in alio libro ejusdem
Dei dilectione imitationeque collocavit, eo
quod nullam veram virtutem, nisi in Dei di-
lectione constitueret: Nam satis sit commemo-
rare Platonem determinasse finem boni esse secundum
virtutem vivere, & ei soli vivere posse, qui notitiam
Dei habeat & imitationem; quæ amorem ejus in-
cludit, nec aliam ob causam beatam. Et aliquan-
to superius: Si ergo Plato Dei huius imitatorum,
cognitionem, amatorem atque esse sapientem cuius par-
ticipacione beatus sit, quid opus est excutere ceteros?
Quorum nulli nobis, quam isti, propius accesserunt.
Hinc est quod Plato Philosophiam quam
iple naturali lumine profitendo persequaba-
tur, nihil aliud esse volebat nisi amorem Dei.
Ipsam, inquit, verum ac summum bonum Plato di-
xit Deum, unde vult esse Philosophum amatorem Dei,
ut quantum Philosophia ad beatam vitam tendit, fru-
ens Deo sit beatus qui Deum amaverit. Et ibidem
rursum: Ideoque non dubitas (Plato) hoc esse
philosophari amare Deum. Quod Augustinus
etiã ex sua & Catholica sententia verum
esse testatur ac probat: Quorum Philosophorũ
ipsam nomen si Latine interpretemur, amorem sa-
pientie proficitur. Porro si sapientia Deus est, cuius
divina autoritas veritasque monstravit, verus Philo-
sophus est amator Dei. Ex quibus satis liquidò
apparet, quid Platonici senserint de dilectio-
ne Dei quam creaturam rationalem naturæ
lumine suo creatori debere cernebant. Ni-
mirum illam studiosissimè in philosophando,
imò in omnibus virtutis actionibus esse se-
ctandam. Loquebantur autem de dilectione
Dei, non illa quæ revelatione nititur, quæ
naturæ ad statum deificum & supernaturalem
elevatæ propria esse vulgo dicitur, sed de
illa, sine qua Philosophia moralis quam pro-
fitebantur, non poterat hominem ratione
præditum in agendo perficere, quantum ex
naturalibus rationibus perfici debere judica-
bant; hoc est, ita ut ejus actiones possent in
vero bonarum actionum ac beatitudinis natu-
ralis sine requiescere. Nam hac de causa
Platonici rationis naturalis ductu asserabant
Deum esse, quemadmodum Augustinus de
illis ibidem dicit, Principium nostrum, lumen
nostrum, & bonum nostrum, ita videlicet ut &
verum creaturam esset effectus, quod in Physica
Platonica primum erat principium, & lumen
cognoscendarum, quod in Dialectica, & bonum
agendarum, quod in Philosophia morali. Ab

isto enim principio primo res omnes natura-
les promanasse, ab isto lumine rationes omnes
illustratas esse, hoc bonum velut finem omnis
actionis honeste expetendum esse putaverunt.
Quod postremum sine illius boni dilectione
fieri nequit. Isti ergo Deo cognito repe-
runt ubi esset causa constituta univertitatis,
& lux percipiendæ veritatis, & fons bibenda se-
licitatis, inquit Augustinus. Quibus propter
ea acclamat gratulando: Sive isti Platonici, sive
quicumque alij quarumlibet gentium Philosophi de
Deo ista sentiant, nobiscum sentiunt.
Nec verò dissimulat Augustinus unde tan-
tam cognitionem Dei Philosophia gentilis
hauerit, nam quamvis aliquando fluctua-
verit Augustinus utrum ex sacris litteris, an
creaturarum consideratione, sapissimè ta-
men in suis scriptis tradidit invisibilia Dei per
ea quæ facta sunt Philosophis innotuisse, sicut
& ipsius quærenti ex creaturis innotuerant;
tamque sententiam veriore esse testatur.
Unde subinde etiam de Philosophis istis Dei
invisibilia à constitutione mundi per ea quæ
facta sunt cognoscens, Apostolum ad Ro-
manos locutum esse proficitur. Nec mirum
cum nihil in isto Platonico discursu sit,
quod non per creaturas possit ingenij vivaci-
tate deprehendi. Quid enim aliud sibi voluit
Aristoteles cum beatitudinem hominis in
contemplatione summi entis sitam esse do-
cuit? Nec enim nisi absurdissimè negare
posset, ens istud, omnium bonorum sum-
mum, casto amore esse diligendum. Quid
aliud ij quos Græciæ sapientes dicunt, inter
quorum dicta sapienter & illud lucet, sequere
Deum? Quid enim hoc aptius significat, quã
id quod Platonici dixerunt Deum esse imi-
tandum seu diligendum. Unde Augustinus
Secundo Dei beatitudinis appetitus est. At eum sequi-
mur diligendo. Quare generaliter de Philo-
sophis quodam loco dicit Augustinus: Amorem
eos in bonis rebus & erga ipsum Deum magnum
pendere; libri eorum sacis loquuntur. Causa verò
cur magno penderent ex eorum principis la-
tis nota est. Cum enim naturaliter viderent
in amore fruitioneque rerum fugacium non
posse constitui beatitudinem, sed tantum in
fruitione summi boni quod est Deus, conse-
quenter etiam fatebantur, ut eis idem Augu-
stinus attestatur, quanto plus quibusque auverit
Deum, tanto eum facilius ad beatitudinem perven-
turum.
Iam verò videamus quid illi ipsi Philo-
phi de illo amore naturali Dei tanquam sum-
mi boni senserint, in quo sapientiam huma-
nam collocaverunt: utrum ex humanis viri-
bus an ex Dei inspiratione traheretur, quam
denique sententiam ex illorum doctrina san-
ctus Augustinus ferat. In hoc enim cardo
difficultatis præsentis vertitur. Sic ergo de
amore Dei Philosophis noto sententiam eo-
rum exponit Augustinus, quod verum Deum
& rerum autorem, & veritatis illustratorem &
beatitudinis largitorem esse dixerunt. Et paulò post,
quod ab illo nobis sit & principium naturæ &
veritatis

Handwritten marginal note in Latin script, possibly a library or ownership mark.

741

veritas doctrina, & felicitas vita. Si beatitudinis largitor Deus est profecto & amoris Dei. Nam ut ibidem dicit: *Fructus Dei beatus est qui Deum amaverit.* Beatitudo enim ex bono, five boni illius amore, sicut nec sine boni illius fruitione esse non potest. Quod si cui fortassis hoc obscurius esse videatur, audi aliud luculentius ex libro quarto adversus Iulianum, ubi de Deo tanquam sine virtutis differit, ad quem qualibet officia bona per dilectionem velur intentionem referenda sunt: *Verum tu in hac causa, etsi ad scholam Pythagorae provocas vel Platoni ubi eruditissim. atque doctissimi viri multo excellentiores ceteris philosophia nobilitati, veras virtutes non esse dicebant nisi quae menti quodammodo imprimuntur a forma illius aeternae immutabilisq. substantiae quod est Deus, etiam illic adversus te pietatis libertate clamabo &c.* Quod vero intelligerent istam impressionem non ratione moralium officiorum quae virtus operatur, sed propter finem officiorum Deum cuius amorem divinitus inspirandum esse censent, declarat apertissime in libro de Civitate Dei. Nam de divisione philosophiae tripartita in Physicam, Logicam & Ethicam, sive in naturalem, rationalem & moralem, ex Platoni mente disputans: *Quamvis, inquit, Plato primus istam distributionem reperisset, & commendasse dicitur, cui usque naturarum omnium auctor nisi Deus visus esset neque intelligenti datur, neque amoris, quo bene beateque vivitur inspirator.* Ecce dilectissimis verbis amoris inspiratorem, non cuiuslibet, sed quo bene beateque vivitur inspiratorem profitentur Deum: quo nihil Augustinus unquam luculentius de dilectione dixit. Vnde etiam ex proprio statim sensu, Platonicorum illam sententiam confirmat tanquam sine dubitatione verissimam: *Sic ergo natura nostra esset a nobis profecto & nostram nos genuissemus sapientiam, nec eam doctrinam, id est aliunde discendo perciperemus: & nosse amor a nobis profectus, hoc est ex viribus nostris naturalibus profectus, & ad nos relatus, ad beate vivendum sufficeret, nec bono alio quo frueremur illo indigeret.* Nunc vero quia natura nostra ut esset, Deum habet auctorem, procul dubio ut vera sapiamus, ipsum debemus habere Doctorem, ipsum etiam ut beati simus, suavitatis intima largitorem. Haec enim suavitas intima non est aliud nisi suavissimus amor sui, quem cordibus humanis, Deus inspirat, juxta illud Psalmi, quod in hunc sensum creberrime Augustinus usutpat: *Dominus dabit suavitatem & terra nostra dabit fructum suum. Ecce. Provenisti enim in benedictione dilectionis.*

Nec vero alia praeclara desunt loca quibus gentiles Philosophi divinam gratiam ad accipiendum amorem Dei necessariam Augustino etiam attestante, professi sunt. Nam Plato in Timaeo ita loquitur *μελλον φιλοσοφίας αγαθον ον ηδον, οδ ηξει ποτι τα θνητα γενεαι* D
οι φησεν εν βελαν. Quod approbans Tullius in quaestionibus Academicis: *Nec illum, inquit,*

arbitror ut apud Platonem est, magis aut melius a Deo datum homini. Et libro de universitate: quo bono (Philosophiae) melius operabilis, nullum praestantius, neque datum est mortalium generi Deorum concessu atque munere, neque dabitur. Quam sententiam Platonis de Philosophia alijs verbis clarius expressit, sub nomine sapientiae: *Ita sit ut maior omnium bonarum rerum sit sapientia, & eius amor Graco verbo Philosophia nomen invenit, quae nihil a Deo immortalibus uberius, nihil florentius, nihil praestabilius hominum vita datum est.* Quae Tullij verba quasi exposuit supra ex Platoni mente Augustinus cum dixit: *Si sapientia Deus est per quem facta sunt omnia, verus Philosophus est amator Dei.* Alibi vero eandem Philosophorum sententiam & verba referens atque explicans: *Ad hoc, inquit, meliores quosque in vis malis adiuvat gratia, ut quanto fideliore, tanto fortiore corde tolerantur, ad quam rem etiam Philosophiam prodesse dicunt docti huius seculi, quam Diogenes dicitur paucis, ut ait Tullius, veram delerunt. Nec hominibus ad huc aut datum est donum maius aut potius dari. Quod autem Philosophia vera ex Philosophorum istorum sententia sit amor Dei, iam supra ex eodem Augustino declaratum est, qui de Platone dicit, & alijs alijsque verbis identidem repetit, quod Plato non dedit hoc esse philosophari, amare Deum. Vnde subiungit iam citatis verbis Tullij: *Videtur adde & ipsi contra quos agimus, quoquo modo compulsi sunt, in habenda non quaecunque sed vera Philosophia, quae videlicet est maxime omnium iste amor Dei, tolerans omnia mala patienter, divinam gratiam consequi.* De tolerantia quippe malorum ibi agitur quam & Augustinus tribuit a moti Dei: *Deus adest molestia perferenda hoc enim in totum rellat sit, quando sit propter ipsum, id est quando gratia amatur ipse, qualis amor nobis esse non potest nisi ex ipso.* Ita videmus Augustinum & Philosophos illos sibi in hac doctrina omni ex parte concinere, quod videlicet in Ethica seu Philosophia morali Deus sit bonum nostrum, velur finem ad quem cuncta quae agimus referre debemus. Quod proinde Philosophus moralis sit amator Dei, tanquam illius boni quod Philosophia moralis tota tanquam finem omnis actionis bonae respicit, quod hic amor ab ipso Deo inspirari, & a forma illa aeterna immutabilisq. substantiae imprimi debet, quod deniq. vera ista Philosophia tanquam vera creatura rationalis sapientia per Dei gratiam homini conferri debeat. Quae omnia cum in Augustini scriptis explorata sint, liquidò sane sit autur amorem Dei, quo naturalis ratio live Christianorum sive gentium dicitur eum velur bonum creature rationalis beneficium esse diligendum, ut vita & actio eius ex illo ultimo virtutis sine esse possit bona, & ipsa deinde beata fieri, nullo modo juxta doctrinam eius posse ex creatura viribus naturalibus, sed tantummodo ex Dei gratia & inspiratione proficisci.*

quodammodo ex Dei gratia & inspiratione proficisci.

Lib. 1. de Civitate Dei.

Lib. 1. de Civitate Dei.

Lib. 1. de Civitate Dei.

Phil. 2. de pr. merit. cap. 17. et 1. ad Rom. 12.

Lib. 1. de Civitate Dei.

Lib. 1. de Civitate Dei.

Lib. 3. de Civitate Dei.

Lib. 22. de Civitate Dei.

Lib. 8. de Civitate Dei.

Lib. 22. de Civitate Dei.

Lib. 6. contra Iul. cap. 3.

Lib. 11. de Civitate Dei.

INNO
MIL



CAPVT XIV.

Sextò ex divisione amoris creaturæ rationalis
in charitatem & cupiditatem.

QVÆ sancti Augustini mens sextò ex alia radice manifestè quoque sequitur, quam in præcedentibus latè stabilivimus. Docet enim Augustinus in multis locis omnem amorem creaturæ rationalis esse vel *charitatem* vel *cupiditatem*. Cujus divisionis vera radix est quod necesse sit creaturam rationalem in omni actione voluntaria vel in Deo vel in creatura ultimo conquescere. Cum enim in medijs & finibus non detur progressus in infinitum, necessarium est, ut ab utroque extremo ordo determinatus sit. Si enim in medijs seu in ijs quæ sunt ad finem nihil esset primum, nullus actionem inciperet, nullus consilium haberet, utpote quod non finitur nisi eo reperto quod primum eligi & agi debet. Si verò in finibus nullus esset ultimus, nihil appeteretur, quia cessante primo movente cessant reliqua; nulla actio terminaretur, nullus agentis intentio conquesceret. Hoc autem ultimum in quo quiescitur, necessario est, vel Deus vel creatura. Si Deus, jam secundum Augustinum est charitas; si creatura, cupiditas. Porro charitatem in hac divisione nullam Augustinus agnoscit aliam, nisi quæ inspiratur ac diffunditur in cordibus nostris, per Spiritum sanctum: neque aliam cupiditatem, nisi quæ corrumpit ac vitiat creaturam rationalem. Quæ de re fusè supra disseruimus. Hæc divisio, quæ unâ est ex primis profundissimis & immobilibus fundamentis doctrine ejus in qua velut cardinè gratia quoque divina vertitur, profus falsa & erronea est, si datur alius amor Dei naturalis qui non sub illa charitate divinitus infusa comprehenditur. Est enim certissimum talem amorè non esse cupiditatem. Cum autem talis amor necessario, exercitum affectuum secum trahat, desiderium, gaudium, odium, fugam, tristitiam, desperationem, iram & similes qui ex amore vultu suum prout objectorum & circumstantiarum flagitat varietas, vertente nascuntur, immensa quoque seges voluntatum humanarum in illa divisione, quam velut adæquatam per objecta generalissima tradidit Augustinus, prætermittenda erit; ut nihil dicam quod tota doctrina moralis Augustini cardinibus suis luxata perturbabitur. Quod si igitur vera & legitima est illa creati amoris partitio in charitatem atque cupiditatem, quarum illa fons sit omnis actionis bonæ, hæc omnis actionis malæ sicut utrumque juxta superius fusè disputata, sanctus Augustinus tradidit, manifestum erit amorem illum sine quo creatura rationalis bona & recta condi nequit, ex divina largiente gratia debere concedi. Huc accedit quod quantumvis aliquam Dei amorem

A naturalem tanquam auctoris naturæ, viribus naturalibus haberi posse fateremur, ille tamen nullo pacto sufficeret, ut homo per eum ad Deum tanquam ad beatitudinis naturalis objectum tenderet & pertingeret. Amor enim ille tantus esse debet, ut Deus super omnia diligatur & in illo amore contra omnes concupiscentiarum tentationes in finem usque perseveretur. Quod & Philosophi Gentiles falsi sunt dum docuerunt animam non posse pervenire ad perfectionem sapientie, nisi prius instaret purgandæ bonis moribus vitæ, quatenus Deo casto amore cohereret. Impossibile enim esse censent ad possessionem incommutabilis boni pertingere, si ei quicquam amando æquaretur aut præferretur. Itaque de Socrate dicit Augustinus, quod *nolebat immundus terrenis cupiditatibus amans se extendere in divinam conari, quæ quidem ab eum causas rerum videbat inquiri, quæ primas ac summimas, non nisi in unius veri atque summi Dei voluntate esse credebat. Vnde non eas putabat nisi mandata mente posse comprehendere: et ideo purgandæ bonis moribus vitæ censebat instandum, ut deprimentibus libidinibus exoneratus animus naturali vigore in æterna se tolleretur, naturamque incorporei et incommutabilis luminis, ubi causæ omnium factarum naturarum stabiliter vivunt, intelligentie puritate conspiceret.* Cernis hic Gentiles Philosophos etiam animadvertisse non posse ad illam naturalem felicitatem perveniri, quæ in causâ illius supremæ rerum naturalium serenâ comprehensione consistit, nisi mens mundata sit, nisi bonis moribus vitæ purgata, nisi deprimentibus libidinibus animus exoneratus. Hoc autem fieri impossibile est, nisi animus ita ab universis rebus visibilibus avellatur & uni affigatur Deo, ut nihil omnino creatum ei vel æquet, anteponatve diligendo, & adversus omnes omnium libidinosarum tempestatum impetus immobiliter in hujusmodi dilectione perseveret. Hoc enim nisi fecerit jam aliquid æquat aut præponit Deo, jam mens ejus sordibus creaturarum rerum ac deprimentibus libidinibus onerata ad naturam incorporei & incommutabilis luminis comprehendendam, testibus etiam Philosophis, profus inidonea est, tantumque remota à sua naturali beatitudine, quantum immundus à munditia, quantum injustus à justitia, quantum libidinibus excæcatus à purgatæ mentis serenitate qua sola cernitur verum ac summum bonum. Hanc autem diligendi Dei puritatem, constantiam, perseverantiam, naturæ viribus in tanta naturæ puræ infirmitate compa-

*Vide lib. 3.
de statu nat.
capite 6. 19.*

Verò in cit.

745

comparare, tam impossibile est, quam in statu naturæ lapsæ legem universam naturalem contra tot ac tantas libidinum tentationes custodire. Hoc enim si possumus, fidenter dico, gratis Christus mortuus est, evacuatum est scandalum crucis, quam ea de causa subiit Christus, ut iustitia legis perficeretur in nobis. Hoc enim naturæ viribus tam perspicue impossibile est ut & Gentiles Philosophi hoc animadvertent. Nam inde est quod Platonicus Deos inferiores, hoc est, demones sibi colendos esse constituerent, ut ab eis ad assequendam spiritualis partis purgationem, quam Deo summo contemplando necessariam esse cernebant, impetratio aliquo eorum obsequio iuvarentur. Inde est quoque quod Porphyrius causam istius purgationis principium ponat, hoc est Deum: fateaturque necessariam esse quandam universalem viam purgationis humani generis, sed eam per donum Dei conferendam esse, sibi verò nondum innotuisse. Per hoc significans tantam esse animæ in hac corrupta carne immunditiam, ut alienis viribus eget ad purgationem sui. Quod in libris de Civitate Dei accuratius Augustinus tradit; illumque mentis inquinatæ purgatorum & infirmitatis ad-

ajutorem non nisi Christum Dominum esse profiteretur. Inde est quoque quod idem Philosophi gratiam Dei ad illum tantum amorem Dei obtinendum necessariam esse fateantur. Ut paulò antè latius diximus. Ex quibus profectò satis manifestè constat, quod etiam si amor aliquis Dei naturalis haberi naturæ viribus posset, illum tamen tam imbecillum futurum esse in statu puræ naturæ, sicut & lapsæ, ut per eum nullo pacto à tanta immunditia purgare, ac tot tantisque cupiditatum sordidarum tentationes constanter superare posset, neque ad Deum velut objectam beatificum immobiliter tendere aut pertingere, & proinde amor ille tantopere puræ naturæ necessarius, per veram Dei supernaturalem gratiam donari debet.

Posset & septimum argumentum ex eo trahi, quod impossibile sit creaturam rationalem sine Dei amore non esse miseram. Itemque impossibile miseriam à Deo infligi sine culpa præcedente: sed quia hoc argumentum infra latius tractandum est, lectorem remittimus in illum locum. Nunc ad aliquas difficultates enodandas, prout vires Deus dederit, progrediamur ex quibus clarius res tota patebit.

CAPVT XV.

Prima difficultas explicatur. Vtrum sit amor iste naturalis & quo sensu.

PRIMA & gravis in ipso limine hic occurrit difficultas, cujusmodi amor ille seu charitas dici debeat, naturalis an supernaturalis, debitum an gratia. Si enim est charitas, quomodo naturalis? Si naturalis, quomodo gratia? Questio ista factor mole sua cogitantem premit. Sub qua tanquam incertæ veritatis, quamvis non incertæ difficultatis succumbere, & ignorantiam nostram fateri longe satius putarem, quam ea quæ in principijs Augustini tanquam certa constituta sunt, cum discrimine subvertendi sanctissimam doctrinam ejus, inficiari. Quid enim mirum inò verè, quid non maxime consentaneum, si non universam profunditatem doctrinæ ejus & sublimitatè illius ingenij, quod universas liberales artes sine magistro, suo Marte perdidit, cui altissima illa Theologia quam omnis posteritas admiratur nemine præeunte, mox à baptismo celitus inspirata est, tarditas nostra consequatur? Ne tamen nihil dicendo lectoris expectatio reperculsa concidat, coniecturas meas Augustino innexas candidà simplicitate proferam, ut si non serviant assequenda peritiæ saltem opulentur plenius indagandæ veritati, ut qui fuerint ingenio celeriores, vel doctrinæ sancti Augustini peritiores me adjuvent, ubi viderint veritati propinquantem, me sublevent ubi succumbentem, me revocent ubi ab ejus mente deviantem.

Quapropter mihi videtur juxta sancti Do-

ctoris principia, utrumque de illo amore Dei sine quo creatura rationalis recta & bona esse nequit circa contradictionem posse dici & naturalem esse & supernaturalem. Quod supernaturalis sit, nulla inter Catholicos controversia est. Nam uti beatitudo sempiterna, ita & via ad illam charitas Dei omnes naturæ vires superat, ita videlicet ut quamvis utraque sit actio creaturæ, neutra tamen ex naturæ principijs aut facultatibus, aut naturalibus illis adiutorijs fluere possit, sed eam Spiritus sanctus supra omnes vires naturales creaturæ per gratiam operari debeat, diffundendo charitatem, delectationem, & lumen in cordibus nostris. Quæ doctrina nulla in Augustino certior est, non solum de statu naturæ lapsæ contra Pelagianos, ubi opera ejus universa nihil aliud clamant, sed etiam de statu naturæ integræ multoque magis puræ. Nam hinc illud universalissimum de Adamo: *Nec ipsum Deus esse voluit sine sua gratia, quam liberum arbitrium ad malum sufficit, ad bonum verò nihil est nisi adiuverit ad omnipotentem bono.* Vbi causa dandæ gratiæ redditur, quia sine illa nihil potest ad bonum, sed tantum ad malum; Nullo igitur modo potest sine Dei gratia diligere Deum, quo nihil in illo statu melius est vel esse potest. Et de Angelis illud celeberrimum: *Consistendum est cum debeat laude creatoris non ad solos sanctos homines pertinere, verum etiam de sanctis Angelis dici posse, quod charitas Dei diffusa sit in eis per Spiritum sanctum qui datus est eis.*

Vide infra
lib. 3. c. 12.

lib. de corr.
de grat. c. 11

lib. 12 de
Civ. c. 9.

est ibi. Hoc igitur pacto certissimo fundamento, videndum superest an & quo pacto ille amor Dei naturalis dici possit. Et quidem non esse eo sensu naturalem quia sit pars naturæ, nimis manifestum est, dilectio enim sicut & fruitio, hoc est beatitudo creaturæ tam imperfecta quam perfecta sunt actiones, unde non possunt esse partes creaturæ rationalis. Perinde perspicuum est non esse naturalem quod ex principijs naturæ seu facultatibus naturalibus creaturæ rationalis fiat. Iam enim diximus omnes facultates naturæ superare. Unde hallucinantur Lutherus & Calvinus qui voluerunt iustitiam originalem, quæ Augustino potissimum est iste de quo loquimur amor Dei, veluti finis omnium ceterorum bonorum, voluerunt esse naturale bonum quale est pecudi sanitas, vel aquæ frigus quod ex ipsa naturaliter pullulat.

Quidam igitur hoc tantum sensu amorem Dei naturalem esse volunt quod sit naturæ consentaneus. Hoc autem ita explicant, quia naturam ornat atque perficit. Verissimum istud quidem est, sed rem non plenè explicat. Sic enim etiam unio hypostatica naturalis dici posset, cum tamen ita non soleamus loqui: certumque sit longè alio modo Dei dilectionem esse naturæ rationali consentaneam atque connaturalem quam unionem in divino supposito. Hanc enim nemo citra revelationem vel suspicari posset esse possibilem, vel prudenter iudicare sibi appetendam.

Itaque dicendum arbitror dilectionem Dei dici posse creaturæ rationali naturalem, primo ex parte rationis, quia ratio naturali lumine dicitur Deum solum super omnia creata esse diligendum, idque non indifferenti quodam dictamine quali hoc esset naturæ suæ quoquo modo consentaneum, ornativum, & perfectivum, ut illi quos paulò antè dixi, volunt; sed ita ut iudicet, hanc esse naturalissimam, arctissimam, universalissimam, severissimamque obligationem. Diligere quippe Deum super omnia est actus rectæ rationi quam maximè conformis, quæ legis æternæ lumine illustrata, dicitur optimum & principium rerum ac finem omnium esse maximè diligendum: cuius rectitudo velut primi principij in operabilibus maximè nota est. Cõstat enim aliquid esse summè diligendũ, hoc autè debet esse summum ens & summum bonum, sicut ratio dicitur summam veritatem esse maximè credendã & quicquid illa revelaverit. Et hinc est quod præceptum illud *Diliges Dominum Deum tuum*, sit maximè de lege naturæ quia maximè morale, sine cuius implementatione nullus actus moralis esse potest, ne moraliter quidem bonus, sicut subtilissime ex Augustino demonstravimus. Et inde est quod in capite primæ tabulæ collocatum sit, quo cultus unius Dei antiquo populo præceptus fuit. Nullus enim verus Dei cultus est sine amore ejus vel esse potest, ut itidem ex eodem diximus aliquoties. Hunc esse sancti Augustini sensum de naturali obligatione diligendi creatoris,

A prout hoc naturali rationis lumine, nulla revelatione, sed ex æternæ legis præscripto, ac naturali ordine sibi faciendum rationalis creatura cernit, in ejus operibus perspicue liquet, quantumvis hoc sine ejusdem creatoris auxilio nullo pacto possit implere. Nam hinc est quod in lib. decimo-nono de Civitate Dei tibi omnibus omnino rebus naturaliter amabilem esse pacem eruditissimè docet, & pacem nihil aliud esse nisi, tranquillitatem ordinis, nec ordinem aliud nisi, parumque, disparumque rerum sua cuique loca tribuentem dispositionem, locum hominis esse consequenter docet sub Deo, ut videlicet sit ei pax cum ipsa lege, quæ naturalis ordo administratur. Hoc est, ut æternæ legi cuncta suis locis disponenti diligendo, obediendoque subiaceat, ex quo fit ut ex naturali illo æternæ legis ordine diligat Deum.

B Et quia ille in se diligendo non errat, qui diligit, inquit, Deum, consequens est ut etiam proximo ad diligendum Deum consulat. Idque ex eadem naturalis ordinis lege. Nam ut ibidem dicit, ad Deum colendum, damus sua membris pari dilectione consulere naturalis ordo præscribit. Et in hoc pax ipsa naturalis animæ rationalis posita est, ut pote quæ non sit aliud, quam, ordinata cognitionis actionisque consensus, ut videlicet quemadmodum statim explicat, mente aliquid contempletur & secundum hoc aliquid agat, sive, alijs verbis, ut aliquid vere cognoscat & secundum eam cognitionem, vitam, moresque componat. Sed tam naturalis ordo pacis creaturæ rationalis, quæ isti æternæ & immutabili legi locum homini naturalem sub Deo, & ipsa æternæ lege tribuenti pariat, sine Dei adiutorio nullo pacto obtingere potest. Opus enim habet magisterio divino, cui certus obtemperet, & adiutorio ut liber obtemperet. Hoc est opus habet gratia Dei, ut nec in cognoscendo erret, nec in diligendo deficiat, timore videlicet non liberali amore obtemperando. Hinc etiam sunt ista verba in libro de natura & gratia quæ superius allegavimus, quod creaturæ rationalis nulli hinc passionis imbuta nihil aliud facere debeat, quam ut credendo in Deum qui fecit cælum & terram à quo & se factam naturaliter sentit & gratia vivendo eius implet voluntatem. Si se ab eo factam naturaliter sentit, profectò sentit etiam illi dilectionem, illi gratitudinem, pro tanto beneficio; illi obedientiam esse præstandam, sicut & infideles ea cognovisse & litteris mandavisse manifestum est. Sed ea nullo pacto sine ejusdem creatoris gratia præstari posse ibidem Augustinus expressè docet. Hinc est quod sæpissime adversus Manichæos Scripturarum sacrarum temeratores, & creatoris rerum omnium perduelles, ex puris rationibus docet, atque convincit veritatem, iustitiam, sapientiam, hoc est, ut ipse solertissimè inculcat, Deum verum ex creaturis naturali ratiocinatione compertum, velut causam omnium, velut objectum unicum humanæ beatitudinis esse summum amorem diligendum. Et ne quis aliquid quem amorem suspicaretur naturalem, quæ qui ex naturæ virtutibus in Deum ratiocinando deprehen-

deprehensum surgeret in ipsdem locis dicit
 divinam gratiam ad hoc ipsum esse quam ma-
 xime necessariam. Hinc illa ejus verba praecla-
 rissima de veritate quam nullo Scripturae ad-
 miniculo sed sola rationis naturalis acie
 eo modo quo Plato verum Deum ex creatu-
 ris demonstraverat. *Ecce tibi est ipsa veritas, am-
 plectere illam & frui illa & delectare in Domino &
 dabo tibi petitiones cordis tui.* Et infra docet, in
 illa sola vitam beatam esse collocandam, illam
 diligendam, illa fruendum, sed hoc nisi Dei
 dono nullo modo posse fieri. Hinc in libro
 de moribus Ecclesiae, *Ratione quæramus, nempe
 contra Manicheum omnis fidei capitalem ini-
 quum, quemadmodum sit bonum vivendum.* Et
 in eo disputando perducit, ut nemo beatus
 qui non habet quod amat etiam si optimum sit; ille
 vero sit qui id quod est hominis optimum & amat &
 abet. Quia hoc est frui, pro se habere quod diligit.
 Optimum autem hominis non esse neq; cor-
 pus vel bonum ejus, neq; animam vel bonum
 internum ejus, sed aliquid extra utrumque,
 nempe non hominem sapientem sed Deum.
*Quem si sequimur, bene, si assequimur, non tantum
 bene, sed etiam beate vivimus.* Hoc est, illum
 Deum velut optimum hominis bonum si
 diligimus, bene vivimus, si fruimur etiam
 beate. Nam explicans illud sequi & assequi.
*Secundo igitur Dei beatitatis appetitus est: consecutio
 autem ipsa beatitatis. At cum sequimur diligendo &c.*
 Vides arbitror quam nullo supernaturali vel
 fidei vel revelationis principio utatur sicut
 professus fuerat, ut hominis optimum, quod
 ex naturalis rationis ductu diligere, fruiq; de-
 beat, quo & bonus & beatus sit adversus ho-
 stes omnis credulitatis indiget. Vnde conclu-
 dens naturalem illum discursum suum: *maxi-
 mum ergo quod ad beatam vitam ducit, primamq; man-
 datum est: diliges Dominum Deum tuam ex toto cor-
 de &c.* Quod etiam Ethnæcos Theosophos
 vidisse, asseruisse, docuisse, eadem communi
 omnibus ratione ductos, eadem communi ve-
 ritate illustratos, ante tradidimus. Ex quibus
 satis superque liquet, præceptum de diligendo
 Deo quam maxime esse naturale, ideoque
 quam maxime æternam & naturali lege seve-
 rissimeque præceptum; cum tamen in Augu-
 stini doctrina nihil certius, inculcatiusque sit
 illo eodem præcepto quantumvis naturali &
 naturaliter cognito, etiam respectu Dei,
 quam maxime naturalibus rationibus & crea-
 turis demonstrati, nihil esse magis ad imple-
 dum supernaturale. Nam propter illud vel
 solum vel penè solum gratia necessaria est,
 quo impleto cetera omnia cum magna facili-
 tate implerentur, sicut suo loco ex Augustino
 declarabitur.

A Scotus & nonnulli alij. Scotus enim aperte
 profitetur, Deum esse finem naturalem hominis licet
 non naturaliter adipiscendum sed supernaturaliter.
 Ex quo fit ut consequenter hominem seu vo-
 luntatem ejus doceat habere potentiam natu-
 ralem ad dilectionem & fruitionem Dei, hoc
 est ad beatitudinem quantumvis supernatu-
 raliter acquirendam, quam ipse in fruitione
 collocat, & naturaliter finem illum appetere &
 in illum inclinari. Nam cum formasset istud
 argumentum, homo naturaliter appetit finem
 istum, quem dicit supernaturalem, igitur
 ad illum naturaliter ordinatur, scilicet
 per fidem & charitatem, responderet ut ante
 citavimus de fine naturali sed supernaturaliter
 acquirendo. Hoc, inquit, probat ratio sequens
 de desiderio naturali quam concedo. Et infra ex pro-
 fesso docet, esse posse potentiam passivam natu-
 raliter cui non responderet in ipsa vel in tota
 natura principium activum naturaliter idque
 contingere propter eminentiam istius perfe-
 ctionis ad quam creatura rationalis ordinata
 est. Cui doctrinae quantum ad naturalem in-
 clinationem in Deum seu beatitudinem su-
 pernaturalem, consentaneè dicit S. Thomas,
*Quamvis homo naturaliter inclinatur in finem ul-
 timum non tamen potest naturaliter illum consequi, sed
 solum per gratiam, & hoc est propter eminentiam
 illius finis.* Vnde libro 3. contra gentes ex pro-
 fesso multisque modis tradit, ultimum finem ho-
 minis secundum cognitionem quæ in hac vita
 impossibilis est, hoc est claram visionem Dei
 per essentiam, terminare naturalem eius appetitum:
 & impossibile esse, ut hoc naturale desiderium
 inane sit, quo naturaliter omnes mentes desi-
 derant pervenire ad divinam substantiam in-
 telligendam & videndam, & consequenter ho-
 minem eo pervenire posse, per potestatem Dei.
 Quod si Deus quantumvis superoaturaliter
 videndus ac fruendus, sit finis hominis natu-
 ralis & eum homo appetat, desideret, in eum
 inclinatur naturaliter, sive illa inclinatio non
 sit aliud quam ipsa potentia voluntatis ut vi-
 detur velle Scotus, sive aliquid elicitedum à
 voluntate ut magis D. Thomas & nonnulli
 ejus interpretes, certè consequens est eandem
 voluntatem naturaliter inclinari in amorem
 Dei, eo modo quo ipsi dicunt, eam inclinari
 naturaliter, in Deum tanquam finem natu-
 ralem licet supernaturaliter acquirendum vel in
 Dei visionem per essentiam. Nam finis iste
 non conjungitur voluntati, seu homini qui ad
 illum inclinatur, nisi per actionem suam, unde
 hoc ipso quo naturaliter inclinatur in Deum
 inclinatur etiam in illam actionem qua con-
 jungitur Deo, sive sit illa visio ut Divus Tho-
 mas docet, qui idcirco conformiter locis
 citatis tradit, hominem naturaliter appete-
 re claram visionem Dei tanquam scilicet
 formalem beatitudinis scientiam, sive sit
 dilectio fruitioque Dei, ut Scotus & alij vo-
 lunt. Quod si homo naturaliter appetit per-
 fectam fruitionem Dei, quam sine dilectio-
 ne esse impossibile est, necessario etiam appe-
 tit naturaliter imperfectam fruitionem
 ac di-

Scotus in
 Prof. 2. q. 1.
 num. 12.
 Ibid.
 Ibid. n. 25.
 in lib. de
 Trin. Boetij
 in q. ult. ad
 quint.
 Cap. 500. 52.
 57.

241. 5. d.
 241. 13.
 241. 5.
 241. 6.
 241. 11.
 241. 12.
 241. 13.
 241. 14.
 241. 15.
 241. 16.
 241. 17.
 241. 18.
 241. 19.
 241. 20.
 241. 21.
 241. 22.
 241. 23.
 241. 24.
 241. 25.
 241. 26.
 241. 27.
 241. 28.
 241. 29.
 241. 30.
 241. 31.
 241. 32.
 241. 33.
 241. 34.
 241. 35.
 241. 36.
 241. 37.
 241. 38.
 241. 39.
 241. 40.
 241. 41.
 241. 42.
 241. 43.
 241. 44.
 241. 45.
 241. 46.
 241. 47.
 241. 48.
 241. 49.
 241. 50.
 241. 51.
 241. 52.
 241. 53.
 241. 54.
 241. 55.
 241. 56.
 241. 57.
 241. 58.
 241. 59.
 241. 60.
 241. 61.
 241. 62.
 241. 63.
 241. 64.
 241. 65.
 241. 66.
 241. 67.
 241. 68.
 241. 69.
 241. 70.
 241. 71.
 241. 72.
 241. 73.
 241. 74.
 241. 75.
 241. 76.
 241. 77.
 241. 78.
 241. 79.
 241. 80.
 241. 81.
 241. 82.
 241. 83.
 241. 84.
 241. 85.
 241. 86.
 241. 87.
 241. 88.
 241. 89.
 241. 90.
 241. 91.
 241. 92.
 241. 93.
 241. 94.
 241. 95.
 241. 96.
 241. 97.
 241. 98.
 241. 99.
 241. 100.

IN
 NW
 MI

ac dilectionem Dei, quæ ad perfectam tendit naturaliter; quamvis nec hanc nec illam allequi possit naturaliter, sed tantum modo per supernaturalem capitulationem Dei. Sit ergo pater quo pacto & sensu secundum Scholasticorum etiam principia, amor Dei poterit vocari naturalis respectu voluntatis. Non quod illius vel contentum naturam, in celo vel inquit in hac vita possit adimpleri viribus naturalibus, sed quod homo, hoc ipso quo Deus est finis eius naturalis & naturaliter inclinatur ad appetendam perfectam felicitatem suam, ex consequenti naturaliter inclinatur ad appetendam illam actionem. In qua beatitudo illa sita est; quamvis ad illam suis viribus nullo modo pertingere possit, propter eminentiam finis illius ut & Scotus & D. Thomas explicant. Longe namque perfectioris natura indicium est & sublimioris benefici argumentum, habere naturaliter finem tam altum ut eum nulli creatura potestate natura possit consequi, quam finem tam abjectum ut eum naturalibus suis & infirmis viribus facile assequatur. Ex his igitur duobus capitibus facile intelligitur longe aliter dilectionem Dei esse creaturæ rationali naturalem, quam tantummodo quia ei consentanea est, vel quia ornat ac perficit eam. Est enim naturalis quia natura ipsa dicitur arcuissime obstricta se naturaliter sentiri, ut eum humillime castissimeque diligat, & quia natura ipsa ad hoc appetendum concitata est, & naturaliter inclinatur, etsi neque quod dicitur, neque quod appetit sibi ipsa dare possit. Inter illos autem duos modos naturalitatis maxima differentia est. Quod enim primo tantum modo naturale est non parit vi-

atium in creatura si defuerit. Nemo enim vitium intelligit creaturæ si ei desit vel etiam habenti detrahatur unio hypostatica, intelligentia simplex per modum Angelorum, potestas volandi & similes dotes liberaliter supra naturæ exigentiam attributa, quamvis cum adessent, essent naturæ consentanea eamque ornarent ac perficerent. Sed cum desit amor Dei vitium in natura oritur gravissimum, imo omnium maximum, universonum caput & fons. Deficere enim à Deo radix est omnis mali in creatura rationali, & hoc ipsum naturali lumine deprehendi potest, ei esse vitiosum, ex hoc ipso quo naturaliter cognosci potest imaginem Dei debere dilectionem supremam super omnia veritati, justitiæ, æquitati, bonitati, rectitudini, hoc est creatori suo, quatenus est norma incommutabilis omnis justitiæ & æquitatis & bonitatis, & rectitudinis. Nam sine dilectione istius incommutabilis veritatis, justitiæ, æquitatis, bonitatis, unoque verbo rectitudinis, quæ secundum solemnissimam Augustini doctrinam & sexcentis inculcaram, Deus nosceret, nec ullo pacto natura viribus, sed tantum gratia Dei diligere potest, impossibile est creaturam rationalem esse veracem, esse justam, esse æquam, esse bonam, esse rectam. Quod esse gravissimum ejus vitium & contra rationem naturalem, & contra naturalem voluntatis inclinationem naturæ lumine Christianis & gentilibus notum est. Unde, qui, quomodo, nisi quia dilectio ista modis jam dictis creaturæ rationali respectu Creatoris ex naturalissimis istis attributis considerati, naturalis est, quamvis supernaturaliter per Spiritum S. in cordibus nostris diffundeatur

LA. M. 17

C A P V T X V I.

Ostenditur septem indicijs doctrinam istam S. Augustini principijs esse consonam; longeque ab eis recedere qui Deum naturalibus viribus diligere posse arbitrantur.

QUÆ quidem omnia in Augustini principijs ac doctrinâ satis perspicua, fundata sunt. Nam hinc est primo quod passim docet ipsi naturæ rationali convenire ut adhaereat per amorem Deo; Non itaque esse vitium recedere à Deo. nisi natura cuius hoc vitium est, potius competeret esse cum Deo. Ecce natura creaturæ rationalis competit esse cum Deo, hoc est adhaerere per amorem Deo. Quid enim est natura competere quam hoc ei esse naturale? Quod ne me suspicari putet, & eo modo Augustinum intellexisse quo homini competere diceremus, quicquid ei communicatur, ut volare, invisibile fieri, in supposito eodem cum Spiritu S. jungi &c. quæ sic ei communicantur, ut si non fiant, neque vitia sint hominis, neque contra naturam ejus, evidenter ipse Augustinus exponit.

Hinc est enim secundo quod non adhaerere Deo vitium hominis esse docet, nec vitium nullum esse posse nisi contra naturam sit, & naturæ adversetur tamque destruat. Hinc natura

que in tanta excellentia creata est ut licet ipsa sit mortalitas, inherendo tamen incommutabili bono, id est summo Deo, beatitudinem consequatur: nec expleat intelligentiam suam nisi usque beata sit: eiq; explenda non sufficit nisi Deus: profecto non illi adhaerere vitium est. Omne autem vitium natura nocet ut per hoc contra naturam est. Et libro tertio de libero arbitrio: Non vituperari possumus, quia in eo non manemus, scilicet diligendo, nisi quia inagnum & summum & primum nostrum bonum est manere in illo. Et paulo post: quid quod etiam in ipsis rebus que vituperantur, nullius vituperatur nisi vitium: nullius autem vituperatur vitium nisi cuius natura laudatur. Aut enim secundum naturam est, quod vituperas, & non est vitium, eiq; magis emendandus es, ut recte vituperare noveris, quam illud quod non recte vituperas: aut si vitium est, ut recte vituperari possit etiam contra naturam sit necesse est. Omne quippe vitium eo ipso quo vitium est, contra naturam est. Si enim natura non nocet, nec vitium est: si autem quia nocet, ideo vitium est, ideo vitium est quia contra naturam est. Et libro

Scut. 139. apud. Prosp. ex lib. 11. de Civit. c. 17.

Lib. 12. de Civit. c. 1.

lib. 12.

Cont. Epist. fund. amicit. cap. 35.

Cap. 11. Enchirid.

Ibid. c. 12.

Handwritten notes in the left margin, including "L. 1. 1. 1." and other illegible scribbles.

Quinto docet, vitia sic esse contra naturam A
 ut contrarij: ne eius naturalis status, ac natura
 eius bona tollant. Ut enim rem funditus
 aperiret Manichæis, post longam fundi-
 tionem bonorum enumerationem, quæ per vi-
 tia tolluntur, & naturalitati tam in ani-
 mo quam in corpore repugnant, rem genera-
 li sententiâ concludens: *Videtur, inquit, tam fa-
 vete est: nihil nocere corruptionem, nisi quod labefacit
 naturalem statum, & ideo eam non esse naturam, sed
 contra naturam.* Labefactatio status naturalis
 profecto nulla est, si id duntaxat tollitur quod
 naturam ornât ac perficit, ac nihil ad eius na-
 turam pertinet. Quis enim nisi absurdissimus
 dixerit statum hominis naturalem labefactari,
 si et alia super naturam addita, si modus in-
 telligendi angelicus, si unio hypostatica de-
 trahantur? Et in Enchiridio ad Laurentium:
*Quid est autem aliud quod malum dicitur nisi priva-
 tio boni? Nam sicut corporibus animalium nihil est
 aliud morbis & vulneribus affici, quam sanitate pri-
 vari: ita etiam & animarum quæcumque sunt vitia
 naturalium sunt privationes bonorum. Nihil aper-
 tius. Ricticulum est enim quod quidam per
 naturalia bona, ipsa subiecta accipit, dicitur puta-
 yerunt, quæ privantur bonis; non ipsas for-
 mas quibus privantur. Nam ante se se decla-
 raverat, cum sanitatem animalis velut bo-
 num naturale quo privatur adduxerat. Sed
 multo luculentius discursum suum contexen-
 do declarat, omnia bona quibus natura pri-
 vatur ita esse naturalia, ut sint aliquid natu-
 ræ & ipsorum corruptione ipsa natura magis
 magisque corrumpatur, donec tota denique
 evanescat. Quod impossibile est, nisi ipsa bo-
 na quibus natura privatur, sint ei naturalia;
 non solum à naturæ natura vel natura con-
 sentanea vel quoquo modo perfectiva, sed ad
 naturam ipsam aliquâ ratione pertinentia, ita
 ut vitium ejus & corruptio; status ejus natu-
 ralis possit esse privatio; natura videlicet
 quam destruit dissentanea. Sic enim hoc agit:
*Bonum minus malum est, quamvis quantumcumque
 minuat, remaneat aliquid necesse est, si ad naturam
 est, unde natura sit. Neque enim si qualicumque
 aut quantumcumque natura est, consumitur bonum quod
 natura est, nisi & ipsa consumatur, potest. Et ite-
 rum: Quamvis itaque natura corrumpitur, nisi ei
 bonum quo privetur, ac per hoc si natura aliquid re-
 manebit quod iam corrumpi nequeat &c. Et rur-
 sum: At si corrumpi non desinet nec bonum utique
 habere desinet, quo eam possit privare corruptio. Quam
 penitus si totamq; consumpsit, ideo nullum bonum
 manebit, quia natura nulla erit. Et paulo post: Quo-
 circa bonum consumere non potest corruptio nisi con-
 sumendo naturam. Omnis ergo natura bonum est
 magnum si corrumpi non potest, parvum si potest. Ex
 quibus liquet quantum arbitror evidenter
 ipsas formas naturalia vocari bona, quarum
 ablatione natura corrumpatur: imo in omni
 corruptione naturam ipsam semper magis ma-
 gisque minui donec tota dispareat. Quod im-
 possibile est nisi, ut Augustinus supra dixit,
 integritas ipsius naturæ minuatur, naturalia ejus
 bona destruantur, naturalis status labefactetur.**

Hinc sexto non dubitat Augustinus, boni-
 tatem illam quæ per vitia labefactatur atque
 minuitur nuncupare naturalem: *Non enim divi-
 norum donorum capax esset, nisi bona esset, humana
 substantia. Cui vitia quoque ipsa bonitati perhibent
 testimonium naturalis.* Vbi in primis & maxime
 & imo tantummodo agitur de amore Dei tan-
 quam ultimi finis, sine quo nulla pudicitia,
 imo nulla omnino virtutis actio, potest esse
 bona. Ut autem constaret quo sensu diceret
 bonitatem illam quæ privat vitium esse natu-
 ralem, rationem subiicit: *Quid enim aliud in vi-
 tio recte displicet, nisi quia detrahatur vel minuitur quod
 in natura placet?* Ipsa scilicet bonitas quæ de-
 trahitur. Quod in libris de lib. arb. ut probat
 vitium esse contra naturam, quæ laudatur
 ejusdem pene verbis dixerat: *Non enim libere
 in vitio displicet nisi quia vitiat quod in natura pla-
 cet.* His autem verbis non hoc vult, ideo vi-
 tium esse contra naturam quia detrahatur ali-
 quid quod nature inhærens placet quoquo
 modo, sed quia destruit aliquid naturale, seu
 aliquid ad ipsam naturam integritatem perti-
 nens ratione cuius natura tanquam integra
 placebat, quo ablato velut manca, imperfecta,
 vitata corruptaque displicet, eo videlicet mo-
 do quo natura humana displicet, cum ei vitus
 aut finis, tanquam ad naturam humanam inte-
 gritatem pertinens tollitur; non autem dis-
 plicet: si ei alia quæ nihil ad naturam ejus per-
 tinet adimantur. Hunc sensum ipse planissime
 nobis ingerit dum explicans modum quo mi-
 nuit vitium, id quod in natura placet, adicit
 explicationis causa id quod supra diximus:
*Tantum additur malis vitiorum quantum naturam
 integritati minuitur.* Et iterum: *Cum ergo vitio-
 ras vitium id profecto laudat cuius integritatem de-
 siderat: quia scilicet naturam naturali integri-
 tate bonitateque quæ adesse debebat mancã
 cernis.* Quod citra ambages alibi explicat di-
 cendo *caecatatem* velut vitium oculorum osten-
 dere quod ad naturam oculorum pertinet usus. Et
 sic illic quod creatura rationalis non adhe-
 rit Deo, hinc aperissime declarat, inquit, *eius na-
 tura ut Deo adhaereat invenire.*

Hinc denique septimo ut omnis tergiver-
 satio tolleretur clarissime tradit, vitium quo
 creatura rationalis creatore suo frui non vult, hoc
 est quo non vult ei adherere diligendo, ita
 tollere naturæ integritatem ut natura per hoc,
 ab ipsa per quam facta est arte, discedat, ita
 videlicet ut naturæ desit aliquid quod in ipsa
 arte, juxta quam creatura condita est, natu-
 raliter cernimus adesse debuisse: *In tantum vi-
 tiosa sunt natura, in quantum ab eis à quo facta
 sunt arte discedunt. Et in tantum recte vituperantur
 in quantum eam vituperator artem qua facta sunt
 videt, ut hoc in eis vituperet, quod ibi non videt.
 hoc est ut adicit, quod non ita est sicut esse debuit.*

Hæc autem ars juxta Augustini doctrinam
 usitatam copiosissime in illo & præcedenti-
 bus duobus libris traditam, est incommuta-
 bilis Dei sapientia, seu incommutabilis veri-
 tas, in qua naturaliter cernimus creaturam
 rationalem hoc debere summo creatori suo,
 ut

L. 1. 1. 1.

L. 1. 1. 1.

L. 1. 1. 1.

L. 1. 1. 1.

L. 1. 1. 1.

L. 1. 1. 1.

et dilectione casti amoris adhaereat. Iuxta
quam incommutabilem veritatem velut ar-
tem qua condita est natura rationalis eam vi-
tuperamus; dum illo amore desituitur. Hoc
enim vituperamus, quod in illa arte quam
cernimus, non videmus. Quisquis enim ali-
quid recte respicit, et cernit regulam iustitiae, cui
comparans quod videt primum & cernens non conve-
nit, relictus in regula reprehendit, tanquam artifex,
ut idem sanctus Doctor ait.

15. 1. 11.

Quae tam operose prolixèque deducenda
iudicavimus, ut primò plenissimè constaret
lectori mens Augustini, utrum amor Dei sit
creaturae naturalis. Mature namque suis mo-
mentis doctrina eius ex diversorum librorum
eius, temporum consonantibus testimonijs pon-
derata non aliud clamat, quam id, ut minimè
quod nos superius asserimus: Amorem scilicet
Dei creatoris, creaturae rationali esse na-
turalem; non isto sensu quasi viribus natura-
libus obtineri possit vel pars esset vel ut pro-
prietas vel actio naturalis ex natura facult-
atibus fluere, quod longe ab Augustino est,
nec etià quia cum taxat à nativitate creaturae
datus est, vel natura consentaneus, ornatis-
simus ac perfectivus; sed quia natura rationalis
in ipsa arte qua facta est, in incommutabili
veritate cernit, natura sua ut Deo adhaereat con-
venire: natura sua competere esse cum Deo. Hoc
est amorem istum naturalissimam, arctissimam,
severissimamque obligatione sibi esse praescrip-
tum, ut pote, quo diligere & colere debet Deum
suum ultimum suum naturalem; supernaturaliter
licet acquirendum: in quem clarè videndum,
fructum, ac diligendum, etiam naturaliter
inclinetur, quamvis ut sanctus Thomas loqui-

15. 1. 11.

tur, non possit naturaliter illum consequi, sed solum
per gratiam propter eminentiam suam illius. Hinc
enim oritur quod si non adhaereat vitium sit
creaturae rationalis vituperatione dignissimum
tandem quo juxta sensum illum naturae, ra-
tionalis integritas minuat, status naturalis
labefactetur, bonitas naturalis corrumpatur.

S. Thoma
supra.

Secundò ut constaret quam procul ab ista
sancti Doctoris mente doctrinaque discedant
qui duplicem amorem Dei castum statuunt,
naturalem unum, alterum supernaturalem.
Quicquid enim ex Augustino protulimus,
totum de illo solo amore & adhaesione Dei
intelligitur, quam Deus ipse diffundit in cor-
dibus nostris per Spiritum sanctum suum. Cui
Augustinus propter illam, connaturalitatem
quam explicavimus, tribuit quicquid ipsi amo-
ri tribuit naturalis. Nec alius ullus amor
Dei castus, in Augustini scriptis invenitur,
quam ille cuius auctor est ipse Deus. Quisquis
alium castum Dei amorem inducit, sciat se
doctrinam Augustino & omnibus veteribus
gratiae defensoribus inimicam traditorum.
Apud quos nihil insolentius, absurdius, quam
creatoram amore casto (hoc est quo non aliud
quippiam, sed Deus propter Deum diligitur)
diligere posse Deum sine inspiratione & gra-
tia eiusdem Dei. Quicquid praeter amorem
istum divinitus datum prolepti humani cog-
niti quantunque subtilitas & eruditio, hu-
mana Philologia laetis est. Quam tuncem
si in rebus tanti momenti parat sequi, nihil
mireremur si cum Pelagii amoris illum natu-
ralem, sicut & puram naturam toto con-
tra in Ecclesiam introducere conantibus, naufragij
discrimen lubeamus.

TINW
MII

CAPVT XVII.

Secunda difficultas, an amor ille gratiae sit debitus creaturae rationali
innocenti, & quomodo. Aliqua de debito gratiae suffi-
cientis juxta Recentiores.

Sed hinc jam secunda difficultas nas-
citur utrum amor iste quo creatura ad-
haeret Deo tanquam naturali fini
suo, creaturae rationali debeatur, an
gratiae donum sit. Si enim de-
betur quomodo ex gratia est? Si ex gratia est
utique non debetur, alioquin gratia non est
gratia.
Quid in hac difficultate dicendum sit iux-
ta Augustini principia jam ut unque quasi per
rimam subducere coepit. Nec enim alio ten-
dunt illa argumenta cuncta, quibus creatu-
ram naturalem à Deo sine amore gratuito
veritatis & iustitiae institui non posse com-
proavimus. Haec enim duo in eius doctri-
na videntur esse certa, primum, Deum crea-
torem creaturae rationali in quocunque tan-
dem fingatur statu, esse super omnia creata
diligendum. Nam sine illius dilectione, ne-
que verum, nec iustum, nec bonum, nec rectum vo-
luntas eius esse potest, ut abundè declaratum
fuit. *Qui enim dubitet dicere, inquit, voluntatem*

Anullo modo institui diligentem non modo esse ma-
lam, sed etiam pessimam voluntatem? Hoc enim
debere creaturam istam creatori suo non ex
gratiae statu, sed ex ipsa divinae imaginis in-
stitutione, quae salva natura eius tolli nequit,
proficiscitur: nec nobis ex revelatione debi-
tum illud esse naturalissimum, sed ex arte
qua facta est, innotescit, ex qua velut vitium
reprehendimus eum Deum deserendo ab illa
arte discedit. Quae omnia iam superius decla-
rata sunt. Secundum est, hanc dilectionem
quantumvis creaturae rationali consentaneam,
divinae gratiae beneficio supernaturaliter esse
conferendam. Quod principium tam est cer-
tum Augustino, quam quod certissimum. Haec
igitur duo fundamenta in huius difficultatis
discussione atque solutione salva esse debent, si
juxta sanctissimi Doctoris doctrinam, hic phi-
losophari & veritatem assequi cupimus. Alio-
quin enim cum universa principiorum eius
mole luctandum est.

Quapropter salvo meliori iudicio eorum
113 qui

15. 1. 11.
17. 11.

qui accuratius quam ego Augustini principia profundius penetrarunt, alterutrum hic mihi dicendum videtur, aut creaturam rationalem non posse à Deo ante omne peccatum tam alienum quam proprium sine casto amore produci: aut certe si potest, eam a solutam ab illo debito diligendi. Certissima enim ille Augustini regula est, *Nemo debet quod non accepit*. Et illa explicatio; *Ex eo quod non accepit nullus reus est: ex eo vero quod non facit, quod debet, in se reus est. Debet autem si accepit & voluntatem liberam, & sufficientissimam facultatem*. Et illa liquidissima, *Si hoc adiutorium, permanendi in dilectione Dei, vel Angelo vel homini, cum primum facti sunt, defuisset, quantam non talis natura facta erat, ut sine divino adiutorio posset manere si vellet non utiq; sua culpa cecidissent, adiutorium quippe defuisset sine quo manere non possent*. Et illa absolutissima brevissimaque: *Peccati reum teneri quemquam, quia non fecit quod facere non potuit, summe iniquitatis & insanie est*. Quæ citra omnem ambiguitatem probant creaturam rationalem hoc ipso quo sine culpa sua non accepit sufficientissimam facultatem adhaerendi Deo, si non adhaerit sed ab eo ceciderit culpa caritaturam, ipsamq; calum ejus ita creatori esse imputandam, ut non foret culpa cadentis creature, sed instituentis Dei: utpote quæ sine culpa creature præcedente negaret illam gratiam, sine qua in illo ordine naturali sub Deo manere non posset, sed ab illo necessario excideret. Nam quomodo non creatori deputandum est quicquid in eius creatura fieri necesse est? Sed ex tali creationis ejus modo tanta moles absurditatum sequitur ut eis arcendis aut dissipandis, alienum auxilium mihi necessarium fore sentiam: Fateor enim me succumbere. Quis enim facile intelligat illum institutionis modum, quo creatura rationalis, hoc est imago Dei non debeat eum diligere ad cuius institutionem facta est? Non debeat intentione bona se suaque referre in ultimum & naturalem finem suum? Non debeat eum vero cultu colere? Non debeat in actionibus suis veritatem, æquitatem, iustitiam, rectitudinem spectare atque diligere? Nullum autem istorum sine Dei dilectione fieri potest, nec dilectio ista in cordibus diligentium sine sancti Spiritus inspiratione diffundi. Quis capiat quod creatura rationalis in creaturis finem suum ultimum collocare possit, illis amandis inardescere, in illis affectu requiescere? Et per omnium pœne creaturarum cupiditates à Deo suo alienata voluntari? Quo enim sese verterit, quæ in creatorem non potest surgere? In aliquo enim necesse est affectus ejus requiescat. In his autem quæ diximus prout natura nunc est, omnis peccati ratio sita est, nec alia imaginis Dei natura esset, si sine creatoris amore vel amandi potestate instituta fingeretur. Iterum dico solvendis istis trabalibus difficultatibus juxta sancti Doctoris nota & certa principia, fateor me succumbere: & in hac densa silva elucem mihi quempiam præire quam discipulum sequi malim.

Lib. 7. de lib. arb. c. 15. Ibid. c. 16.

Lib. de corr. & grat. c. 11.

Lib. de duob. animab. c. 12.

Lib. 7. de lib. arb. c. p. 4.

LA N... I

A Itaque relicta ista viâ primam tanquam Augustini principis omnino consentaneam tutioremque capiamus. Juxta quam dicendum erit non posse creaturam rationalem nullam omnino iniquitate præeunte sine casto amore Dei conditi, aut certe sine sufficientissima, ut Augustinus loquitur, facultate qua possit caste inhærere creatori suo. Cum enim alterutrum omnino necessarium sit ut vel Deus nego do creaturæ sui diligendi facultatem, tot perturbatorum, absurditatumque pietati repugnantium quas recentissimus, in creatura sua causa censatur, vel id ei tribuar, quo possit eas fugere, quid superest, nisi ut ei, si non amore casto inhærendi sibi, certe sufficientem gratiam suæ facultatem qua ei possit inhærere si velit, & creaturæ cupiditates fugere, largiatur? Quod antequam ex Augustino, cujus hic terminus vestigia, allectum eam, nemo miretur Scholasticorum tanquam audacius dictum, quasi gratiam divine dilectionis, ipsa largienda gratiæ necessitate deprimamus. Illi ipsi quippe qui gratuita gratiæ trutinatores accuratissimi videri volunt, multo longius contra expressam Augustini doctrinam claramque veritatem si cui tantum non desinat oculi ad cernendum, in hoc ipso genere progressi sunt. Nam eorum doctrina satis pervagata est, etiam in statu naturæ lapsæ, post gravissimum illud peccatum quo natura damnata est, gratiam Dei sufficientem creaturæ rationali esse adhuc debitam, nec ei posse quàmvis sit libera voluntate, denegari. Alioquin impossibilia jubere Deum, nulla fore peccata, nos peccaturos in eo quod vitare non possumus. Hinc Lessius: *Præcepta decalogi ad omnes pertinent quæ sine auxilio divino impossibile est servare. Offert ergo Deus hoc auxilium. Alioquin sequeretur & Deum jubere impossibilia & nos peccare in eo quod vitare non possumus: vel certe violando divina præcepta nos non peccare quæ omnia sana doctrina repugnant*. Et Bellarminus in eandem sententiam: *Restat ut omnes homines semper habeant auxilium necessarium ad non peccandum aut certe non possint non peccare, ac per hoc peccando non peccent*. Quod paulò post etiam extendit ad auxilium conversioni necessarium, quando non possunt sine conversione vitare peccatum. Et Franciscus Suarez in quodam opusculo docet, quod si gratia excitans & adjuvans sufficienter deesset homini vocato ad credendum aut poenitendum, *Ille homo merito posset alteri (id est Deo) tribuere quod vocatus cum esset ipse non venire; ei inquam posset tribuere qui negavit manus aliquid auxilium necessarium ad veniendum: & nullam viam vel modum obtinendi tale auxilium in eius arbitrio seu voluntate collocavit*. Et in libris de prædestinatione: *Gratia sufficiens licet non sit debita naturæ secundum se spectata & multo minus ut affectu originali culpa; est nihilominus aliquo modo debita naturæ ordinata ad finem supernaturalem cum debito illum procurandi*. Et Gabriel Vasquez multò luculentius & animosius: *Exissimo non sensisse Augustinum ob solam culpam primi parentis nos privatos fuisse sufficiente etiam auxilio per*

Lib. 7. de lib. arb. c. 15.

Lib. 7. de lib. arb. c. 15.

Lib. 7. de lib. arb. c. 15.

Opus. lib. 7. de lib. arb. c. 15.

Lib. 7. de lib. arb. c. 15.

Lib. 7. de lib. arb. c. 15.

per singulas occasiones peccati; quia si tali auxilio
ita privati essemus, necessario in singulis succumberem
mus; sicut primus parens si ei adiutorium sufficientis
desisset, & ita peccatum ad culpam non imputaretur.
Et paulo post in eadem disputatione: Quod si
ad vincendam tentationem est aliqui gradus minimus
sufficiens, auxilij illud sane non perdidimus in primo
parente. Et iterum: Quarto, existimo posteros
Adam penitus non perdidisse in eo omne auxilium suffi-
cienti, quod est ad singulas occasiones peccati; et ita
ad aliquam (hoc est, ad servandum quodlibet
praeceptum sine peccato) neque perdere potuisse.
Et statim se monstrasse dicit: Non posse nobis
Deo negari auxilium sufficientem ad non consentiendum
peccato & tentationi, eo quod nulla sit occasio peccati
quod libere committimus in hac vita quae non reponat
nobis integram libertatem &c. Quomodo enim in
tota libertas nostra nulla occasione impediti potui-
mus non perhibita iudicio rationis, ita etiam non potius
sine auxilio sufficiente ad libertatem relinqui, ut gra-
tiam nec aliud penitus perdere in primo parente. Ita
alio loco dicit auxilium sufficientem ad singulas occa-
siones, hoc est ad servanda praecepta; non
fuisse negatum nec negari potuisse, sed tantum ad
opera bona quae non sunt in praecepto. Causam vero
tantae indigentiae, & necessitatis gratiam tri-
buendi, ex creaturae rationalis perfectione,
& necessitate divinae gubernationis petit. Haec,

A inquit, indigentia gratia in creatura rationali
provenit ex magna ipsius dignitate, quia gratia
beneficij capax, & ex immensitate & infinitate di-
vine providentiae & quia necessario gubernari debet.
Haec & similia passim poene omnes Recentio-
res confidenter docent, quibus gratiam suffi-
cientem ad praecepta servanda etiam fidei &
poenitentiae necessariam negari non posse, etiam
post lapsum primi parentis, imo post quae-
libet peccata profitentur: vel certe eos qui pec-
care videntur, nullius fore culpe reos. Quod
si illis hoc licet, sola ratione fallaci felicitate
trudere, contra expressam doctrinam anti-
quorum gratiae defensorum, quam se agnosce-
re non dissimulant; liceat sane sancto Augu-
stino, irreprehensibili divinae gratiae patro-
no, creaturae rationali cum primaevali in-
nocentia ex creatoris manibus procedenti, si-
milem gratiam, ex non dissimili causa quo-
dammodo debitam assignere, ne aliquo prae-
cepti non solum divinae dilectionis violatio,
sed etiam omnium ceterorum quae aeterna Dei
lege sancuntur, & sine Dei dilectione imple-
ri nequeunt, in creatorem ipsum revolvantur;
vel certe aliquo modo creaturae fas sit, ne-
glectis legibus aeternis sui creatoris, quodlibet
adversus eas inculpate impuneque perpetrare.

Disp. 193.
c. 3.
V. 22
disp. 193. c. 4
n. 33. & 39.

CAPVT XVIII.

Gratiam dilectionis Dei non posse sine culpa subtrahi creaturae
rationali innocenti, & aliquo modo debitam esse quinque
argumentis alijs ex Augustino probatur.

Porro revera istud sensisse Augusti-
num, quod amor ille vel amandi pote-
stas creaturae rationali inculpatae extra
culpam subtrahi nequeat, multis haud
dubijs indicijs praeter ea quae iam haec tenens toc
testimoniorum & argumentorum corrogatione
ex Augustino dicta sunt, ostendi potest.
Ex quibus etiam quam maxime constabit,
illud ipsum quod supra tot argumentis pro-
bavimus, sine amore supernaturali Dei non
posse creaturam rationalem innocentem condi-
ri. Primum quia aperte docet, contra Pelagia-
nos, non posse parvulis, si sine peccato in illa
natura puritate, quam praedicabant, ex opi-
nione Pelagiana nascerentur, negari sine in-
iustitia adoptionem filiorum Dei. Nemo
autem adoptatur nisi per dilectionem Dei, ut
potest sola discernat inter filios Dei & filios
diaboli, itaque contra Iulianum, qui di-
xerat nullam suam cuique sine fraude, sine gra-
tia relinquere, dicit, inquit, quia iustitia ille par-
vulum adoptavit in baptismo, ille sine hac adoptione
moriatur. Cur non sit ambobus honor ille communis,
aut ab isto honore alienatio, cum sit ambobus seu bona
seu mala causa communis? Non dicit, quia nec Dei
gratiam nec Dei iustitiam homo magis Pelagianus
quam Christianus sapit. Hoc est, non potest hoc
Pelagianus dicere, quia non intelligit hoc esse

A contra iustitiam si eis bona causa communis
est: esse gratiam, si mala. Quod multo evi-
dentius alijs locis explicatur: *Di si potes, qui
scilicet utrumque peccato carere sentis, cur
ambos adoptare noluisti, qui certe ambos ad ima-
ginem suam condidisti. An haec iustus est ut non sit om-
nipotens? Si voluit & non potuit ubi certe nullus
eorum noluit ne impediuntur potestatis divinae re-
feratur ad meritum voluntatis humanae, sic certe nulli
eorum dicere potest Deus voluit & noluisse? Et ite-
rum: Si non condemnat Deus nisi spreto, id est,
nisi peccati alienius iniquitate coateptus &
irritatus, dicit ntrum spernat filium suum nisi
spreto. Quod si non audes, dicit unde spernat eos,
quos parvulos non adoptat, in quibus eum spernari non
invenies nisi eos invenias in adam. Quam diceret
impossibile est ut parvuli non adoptentur a
Deo, si ut asseritis nulli eorum peccato Deus
spreto fuerit. Et clarissime latissimeque in
alio loco qui unus instat & explicatio om-
nium esse potest: Cur ergo cetera multa negat
Deus parvulis, qui sine hac gratia in illa aetate mori-
untur? Cur inquam non eis datur illuminatio spi-
ritualis, adoptio filiorum Dei, municipatus in terra sa-
lem caelestis, sanctificatio, et quae in Christi membris
translatio & possessio regni caelorum? Haecne tot
munerata necesse est tot imaginibus suis nullum se-
cundum vos peccatum habentibus negaret Deus penes
quem*

Ibid. f. 34.
Ibidem.

lib. 1. op. 1.
cap. 34.
f. 29.

Eccl. 11.
oper. imp. 1.
f. 59.



LA M...
159

quem summa potestas est cum hoc beneficium non a se prohibeat voluntas contraria parvulorum? Tu certe ut licet a vobis amoveris irridiam, qua dicitur baptizati gratiam parvulis denegare, dixisti quod eam gratiam qui aliquibus negandam putat; omnium bonorum execrationem mereatur. Non igitur eam Dei Omnipotentia a qua negat innumerabilibus parvulis qui sine hac sub eius omnipotentia moriantur, si mali nihil in eius occulto iudicio mererentur. In hisce testimonij clarissime licet quanta sollicitudine vias omnes obstruat, quibus adversarius elabi posset, quo minus injustum, iniquum, impossibile fateretur, ut parvulis negaretur adoptio & sanctificatio, si sine peccato ex Pelagianorum opinione nascerentur. Necus v. r. d. hoc dici potest, hoc verum esse suppositi o presentis statum, in quo natura humana ad statum supernaturalem elevata fuit, & in Adamo tota sanctificanda nisi ille peccasset. Hoc, inquam, dici nullo pacto potest, quia ridiculum in modum id supponeret, quod probandum erat, hoc est, principium non semel sed perpetuo cum Pelagianis arg. mentando peter. Illorum enim capitale dogma, & unicum quod universam heresim complecteretur, fuit, fictitium esse statum illum supernaturalem elevationis: sed hominem e iam primum omnique posteros ejus in pura natura nasci sentiebant, cum naturalis, ut ipsi loquebantur, innocentia; cum simplicitate naturali; naturali ter bonos; capaces utriusque rei, non plenos; ut sine virtute ita & sine vicio; ante actionem quippe propria voluntaria, id solum in homine esset quod Deus condidit; demique cum laudabili puritate nature, sicut hac alaque plura in hunc sensum de ipsorum hæc est suis locis demonstravimus. Quod ita verum est, ut nec ipsi Scholastici diffideant nec diffiteri possint Pelagianos, mordicus pura nature statum asseruisse. Quomodo ergo nisi insulsiissime absurdissimeque supponere posset Augustinus, hominem in statu supernaturali esse conditum, ideoque non posse parvulis sine peccato nascentibus adoptionis gratiam sine iniustitia denegari? quin potius e contrario per hoc ipsum quod injustum, & iniquum, & impossibile est, destruat illum statum naturalis puritatis atque innocentie; invidetque; concludat; statum illum velut commentitium, divinaque iustitie inimicum, per illam denegationem sanctificationis & adoptionis, quæ creaturæ rationali sine peccato negari nequeat funditus evanescere. Quod & ipse Augustinus non nunquam expresse indicat. Nam cum simile omnino iniustitia iniri ex eo dixisset, quod parvulum sine peccato juxta Pelagianos nascentem a populo suo, id est sanctorum consortio separaret. Huius, inquit, tam horribilis pena iniustitia si queratur, nome istorum omnis de libero arbitrio & laudabili sanitate (scilicet sine peccato ægritudine) & puritate nature, quantumlibet arguta sit argumentatio, reperculsa & confracta dissilet? Ecce tota Pelagiana machina de puritate nature confracta dissilit; juxta sententiam sancti Augustini, ex hoc ipso solo quod anima parvuli, cum nihil propria vo-

luptate commiserit de suo populo peritura dicatur, hoc est, ut alibi sepe dicitur a populo Dei, a parentibus & propinquis fidelibus separata. Quod non alia ex causa parvulis irrogatur, nisi quod eis adoptionis gratia; qua in populum Dei cooptantur, denegata sit. Aperiunt proinde sententia ac docet non posse parvulis in natura puritate nascentibus ad optionis & sanctificationis, & illuminationis celestis gratiam subtrahi.

Secundo, quia contra eosdem Pelagianos, nature puritatem sine ulla ejus ad statum supernaturalem elevatione; vel ad statum peccati depressione predicantes; constantiter docent non posse parvulo negari baptismi Sacramentum, quo in Christi membra transferatur. Quod argumentum intolerabili laborat absurditate, si homini in pura natura; sine supernaturali elevatione & sine contranaturali depressione condito gratia divinae charitatis qua in filium Dei transferatur, possit auferri. Adite totum in libris ad Bonifacium: sed in illo, qui baptizatus est, gratiam dei vos confiteri cogimus & meriti eius nullam præcessisse convincimus. De illo autem sine baptisate mortuo, cur ei defuncti sacramentum; & vos fatemini omnibus statibus necessarium: & quid isto modo an ee fuerit vindictatum vos videtis, qui non vultis esse originale delictum. Et multo exsertis pavio post; Redi ad vos frater ille geminus baptizati non baptizati & tacitus quatuor vobis, ubi fuerit a fraterna felicitate discretus, cur illa infelicitate puniatur, ut illo in Dei filium adoptato, ipse non acciperet omnibus statibus necessarium, sicut fatemini sacramentum; si quænammodum nulla est fortuna vel statum vel apud Deum acceptio personarum; ita nullum est gratia sine meritis donum, nullum originale peccatum? Huic prorsus insanti loquam vel tam voce inque submittitur; sed non loquar quid loquamini non habetis. Ioanem profecto & ridiculum triumphum canit Augustinus & versus hominem pura nature archidæum, si sacramentum adoptionis ei sine peccato in pura natura nascenti negari potest: Prompte enim respondebit, sicut & quotidi Scholastici in hac aut simili difficultate respondent, nullum quidem esse in illo statu nascentibus originale peccatum; verumtamen illud Sacramentum ad supernaturalem gratiam peranete statum (quod etiam expressis verbis Pelagiani fatebantur) & ideoque tanquam gratiam gratuitam sine injuria dari vel non dari a Deo cuiusque visum fuerit. Hæc tam expedita solutio, tam facilis, tam obyia, tam vera, totum calorem Augustini temperat, & omnes succidit nervos argumenti ejus, si verum est gratia adoptionis aut amoris Dei, homini negari posse sine peccato in natura puritate nascenti.

Tertio luculentius Augustini & eorum quæ dicta sunt sensus ex eo patet, quod consequenter sapius docet parvulos frustra baptizari, frustra fieri Christianos si vera est Pelagiana sententia, quod in natura puritate sine peccati ullius labæ nascerentur. Hoc ipso enim sentit esse iustos, vivos & sanos, nullius sanctificationis indigos. Quid necessarium ergo

Lib. 2 de hæresi Pelag.

Lib. de peccato 1. 30.

Lib. 2. 1. 10

Lib. 2. 1. 10

Lib. 2. 1. 10

Lib. 2. 1. 10

Lib. 2. 1. 10

conjunctos Deo & consequenter filios Dei. Qui sensus Augustini ut adhuc elucescat luculentius, & ut loquantur, à priori,

Quintò, non raro docet adversus eosdem adversarios, solum peccatum esse, quod à Deo creaturam rationalem separet. Hoc est, impossibile esse, ut creatura rationalis non sit amica creatori & consequenter diligens ac dilecta Dei & assumpta in numerum filiorum eius, hoc ipso quo peccato tanquam muro inter Deum & hominem intercludente caret.

Cap. 25.

Hinc in libro de Spiritu & littera: *Vi hominum Dei quod diligunt, Deus sit ipse quem diligunt, inter quem & homines nisi peccata non separant.* Et in libro secundo de peccatorum meritis & remissione, ubi Pelagiani dixerant, non baptizari parvulos ut à peccato liberarentur, qui sine peccato in innocenti naturæ puritate nati essent, sed ut spirituali procreationem non habentes crearentur in Christo, & ipsius regni colorum participes fierent eo modo filij & heredes Dei, coheredes autem Christi, hoc est, ut Scholasticorum loquamur phrasi, ut supernaturaliter ad statum filiorum Dei elevarentur; aliquoties Augustinus eandem illam repetit sententiam, ut concludat, eos jam esse filios & heredes Dei, si quemadmodum Pelagiani sentiebant à peccato essent immunes. *Solutio, inquit, reatu cui originaliter erat obnoxius, persistet in illo lumine veritatis, quod incommutabiliter manens, ut æternum iustificatos presentia creatoris illuminat. Peccata enim sola separant inter homines & Deum.*

Lib. 2. c. 18.

Ex quo necessarium est sequi, ut si peccati remissione non indigeant, necessariò eos velut iustificatos & filios Dei presentia creatoris illuminet. Et iterum adversus eandem Pelagianam opinionem: *Potriò si à salute ac vita æterna hominem nisi peccata non separant, per hec Sacramenta non nisi peccati reatus in parvulis solvuntur.* Quasi dicat, alioquin nullo modo necesse esset parvulos propter acquirendam æternam salutem baptizari; hoc ipso enim salvi deberent esse cum Deo, quo eos vos Pelagiani sine peccato in puritate naturæ nasci constituitis. Nam ut etiam contra Manichæos omnis elevationis supernaturalis prorsus ignates dicit, *Inter creaturam rationalem & Deum, non separant nisi voluntas prava.* Ut necesse sit eam esse cum Deo, hoc est, voluntate & amore conjunctam Deo per hoc ipsum quod pravâ voluntate intercurrente caret.

Cap. 24.

Ex quibus tam crebris tamque concinens

Lib. de file
cont. Mani.
c. 44.

tibus undique sibi locis perspicuè patere mihi videtur, hoc omninò sentire, totâque suæ disputationis mole agere contra Pelagianos Augustinum, ut convincat statum illum naturalis innocentie, seu ut loquantur, puræ naturæ, in quo nasci volebant homines, & per baptismum ad supernaturalem statum adoptionis filiorum Dei elevari, esse impossibilem, unoque verbo talem, ex quo sequatur baptismum esse superfluum, frustra que parvulos fieri Christianos; & hoc ipsos sentire, nec ausos dicere Pelagianos; eo quod hoc ipso quo sunt innocentes, sint etiam filij & heredes Dei, à cuius hereditate creatura rationalis non potest nisi intercurrente iniquitate separari: vel certè, si effectum illum adoptionis & supernaturalis sanctificationis in parvulis baptismus operatur, ut hæresis illa predicabat, injustum esse vel infirmum Deo, sub cuius gubernatione creatura rationalis sine ullo suo vel suorum peccato, adoptione & populi sui societate privatur. Quam genivnam esse sententiam ejus longè uberius paulò post, cum de vita æterna locuturi sumus, Deo juvante demonstrabimus.

Hunc igitur gratiæ divine cum creatura rationali innocente nexum individuum indicare fortassis voluit Augustinus quando Iuliano dicente *bonam hominum naturam*, scilicet naturaliter (sicut ipse de naturæ bonitate loqui solet) *qua talis gratiæ opulationem meretur.* Respondet Augustinus: *Quod gratanter audirem, si hoc propitius, quia rationalis natura est, diceret.* Hoc est, meritum gratiæ improprie dictum quod ratione naturæ consideratum, libenter admitterem, non tamen meritum alicujus voluntatis aut operis boni, quo omnis gratia funditur interimitur. Nam explicans verba sua, *Neque enim, inquit, gratia Dei per IESVM Christum Dominum nostrum lapidibus aut lignis pecoribusque restatur, sed quia imago Dei est, meretur hanc gratiam: non tamen ut eius bona voluntas possit precedere præter gratiam, ne vel ipsam prior det, ut retribuatur illi, ac sic gratia tam non sit gratia; sed locus iste in alium fortè sensum trahi potest. Nunc causas paulisper exploremus, propter quas gratia dilectionis Dei, qua etiam adoptatur creatura rationalis in filium Dei, innocenti naturæ tam rectè juncta sit. Quamvis enim hic illic sparsim indicatè fiat, non inutile fuerit eas, & simul paulò explicatius oculis subijcere.*

CAPVT XIX.

Causæ deducuntur latius, cur creatura rationalis condi non posset sine bona voluntate & sapientia, vel certè sine diligendi Dei & sapienter vivendi potestate.

QUOD ut Deo, tenuitatem nostram adjuvante, præstemus, tria hic supponenda sunt. Primum non esse aliam sanctificationis aut adoptionis gratiam Augustino, quam charitatem sive tactum amorem Dei, quod suo loco decla-

randum est, tanquam in ejus doctrina indubitatum: Secundum amorem Dei nullam agnoscere in scriptis ejus, nisi quem Spiritus sanctus per gratiam suam diffundit in cordibus nostris; Adde tertium, nullam omninò esse bonam voluntatem, hoc est, volitionem Augustino,

Augustino, quam eundem illum amorem Dei. Omnis reliqua voluntas est ei prava cupiditas quia dilectio creaturae, haerens in creatura, quae creaturae rationali divina aeternaque lege prohibetur. Duo postrema suis locis explicata & probata sunt.

Prima itaque & vera ratio videtur esse, quae ex omnibus praecedentibus colligitur, & aliquoties etiam facta est, quia cum creatura rationalis necessario ad aliquid sua voluntate moveatur, & ille motus voluntatis vel bonus vel malus sit: cum non possit voluntas in medio consistere, ut neque sit bona neque mala. Si enim movetur, ergo vel sursum vel deorsum, id est ad Deum vel ad creaturam. Si ad Deum, erit motus voluntatis bonus, & vera charitas Dei: si ad creaturam erit voluntas mala. Imo si vel moveatur non ad Deum, iam est voluntas mala, quia non diligere Deum creaturae rationali intrinsecè malum est.

Quamquam ex hoc ipso quod non diligit Deum, necesse sit, aliud à Deo diligi, & quid hoc nisi creatura? Et hoc ipsum erit ei voluntas mala, quae cupiditas Augustino dicitur. Breviter haec omnia expressit quando dicit: *Quamquam voluntas nram si potest in medio consistere ut nec bona nec mala sit, aut enim iustum diligimus, id est Deum ut ante diximus, & bona est. & si magis diligimus, magis bona, si minus, minus bona est: aut si omnino non diligimus, non bona est. Quis vero dubitet dicere voluntatem nullo modo iustitiam diligentem, non modo esse malam, sed etiam pessimam voluntatem?* Vides hoc argumentum ex contradictorijs esse contextum. Si voluntas diligit iustitiam bona est, si non diligit mala, imo pessima. Cum ergo non possit Deus creaturam rationalem cum mala pessimaque voluntate condere necesse est ut eam cum bona voluntate, hoc est casto sui amore producat. Quod Augustini verbis consequenter ita possumus colligere: *Si ergo voluntas aut bona est aut mala, & utique malam non habemus ex Deo, restat ut bonam voluntatem habeamus ex Deo, quando omnique creaturae rationales institimur. Quod eodem ratiocinandi securitate colligit in libris de Civitate Dei ubi disputat, utrum sibi bonam voluntatem, id est voluntatis motum fecerint ipsi Angeli re-*

ceperit conditi an Deus. Si, inquit, boni Angeli fuerint prius sine bona voluntate, eamq; in seipsis non operante fecerunt, ergo meliores à seipsis quam ab illo facti sunt? Absit. Quid enim erant sine bona voluntate nisi mali? Ecce si Angeli sine bona voluntate à Deo facti sunt, iam mali à Deo facti sunt, hoc ipso quo sine bona voluntate facti sunt. Unde hoc, nisi ex illo capite quod supra tetigit Augustinus, quia voluntas nullo modo diligens Deum, non modo mala sed etiam pessima voluntas est. Nam bonam voluntatem non aliud ibi esse quam veram charitatem Dei, ibidem non tacet Augustinus, dum saepius bonam voluntatem explicat per amorem, amorem Dei, amorem castum, amorem divini gratiam, & huiusmodi. Sicut ergo fieri non potest, quin linea hoc ipso quo non

est recta curva sit, & homo, hoc ipso quo non vigilat dormiat, ita fieri nequit, quin voluntas hoc ipso quo non est recta perversa sit, & hoc ipso quo non est bona sit mala. Nam rectam esse creaturam rationalem, quemadmodum non est aliud quam esse voluntatis bonae, sine qua rectitudo esse non potest, ita quoque non est aliud quam esse sine culpa naturam vitiantem; non enim aliter quam per culpam & vitium velut privationem suam bona voluntas ista & rectitudo deficere potest. Malum enim etiam in moribus est privatio boni. Quae breviter insinuavit Augustinus cum dixit: *Fecit Deus sicut scriptum est, Lib. 14. de Civitate. c. 11. Non enim rectus esset bonam non habens voluntatem. Quod alibi per absentiam culpae explicat: Creatus est primus homo in natura sine culpa, in natura sine vitio, creatus est rectus. Serm. 11. de verb. Ap. cap. 20.*

Neque verò fingi hic potest aliqua rectitudo voluntatis, alia quam sit voluntas bona, quasi recta possit esse creatura rationalis sine illa divini amoris gratia, quam solum bonam voluntatem Augustinus agnoscit. Nam idem ipse saepe constanterque docet, creaturam rationalem si Deus statim ab ipso initio creationis non coercuisset motum ejus, ut voluntatem ejus sua ad seipsum gratia revocasset informem, tenebrosam, deluxuram fuisse suis cupiditatibus. In quo totum creaturae rationalis malum situm est, aeterna & indispensable lege prohibitum. Audite quanta diligentia freni istius aurei, hoc est divinae gratiae seu amoris necessitatem inculcet Augustinus, ne creatura rationalis, non solum lapsa, sed etiam ex recentissimis figuli sui manibus exiens, mox deorsum pondere cupiditatis illicita prolabatur, & tenebrosa, & inquiet, vagabundis per creaturas deliquis fluitet.

Nam statim initio libri decimi-tertij Confessionum dicit Deo. *Spiritualia quae creata fuerant itura fuisse in immoderationem & in longinquam dissimilitudinem tuam & pensura fuisse informia, nisi per idem verbum revocarentur ad unitatem tuam & formarentur. Ex mox iterum: Quid te promeruit inchoatio creaturae spiritualis ut saltem tenebrosa fluitaret. Similis abyssus tui dissimilis, nisi per idem verbum converteretur ad eum, à quo facta est, atque ab eo illuminata lux fieret? Et haud multis interpolitis; Multa diximus de abyssu tenebrosa, secundum spiritum informitatis vagabunda deliquit, nisi converteretur ad eum à quo erat qualiscunque vita, & illuminatione fieret speciosa vita, & esset calum cali etc. Et adhuc apertius; De-*

fluxit angelus, defluxit anima hominis, & indicaverunt abyssum universa spirituales creaturae in profundo tenebroso nisi dixisses ab initio, fuit lux, & facta est lux, & inhaereret tibi omnis obediens intelligentia caelestis civitatis. Et quid fuisset creatura spiritualis nisi sic illuminata divinitus inhaerisset creatori suo? Alioquin & ipsum calum cali, id est Angeli sancti tenebrosa abyssus esset in se, nunc autem lux in Domino. Et rursum explicatius, ut metaphorarum nonnulla obscuritas miris adhaerentis phrasibus ejus patefceret: beata

Cap. 10.

13. u. di. p. 10. n. 11.

I. 11. c. 10. p. 10.

Lib. 14. de Civitate. c. 11.

Serm. 11. de verb. Ap. cap. 20.

Lib. 3. conf. c. 2.

Cap. 4.

Cap. 8.

Cap. 10.

678A

creatura qua non novit aliud quam scilicet igne
divini amoris attolli sursum, cum esset ipsa
aliud, nisi dono tuo quod superferitur super eam mu-
tabile, mox ut facta est, extolleretur nullo intervallo
temporis in ea vocatione qua dixisti Fiat lux & facta
est lux. In nobis enim distinguitur tempore, quo tene-
bra & lux efficiuntur. In illa vero dictum est quia esset
nisi illuminaretur, & ita dictum est quasi prius fuerit
fluxa & tenebrosa ut apparetur causa qua factum est,
ut aliter esset, id est ut illi lumen indeiciens conversa
lux esset qui potest intelligi, & quia non potest a te
petri. Ecce quomodo disertè quam dilucide,
quam sollicitè exponit & commendat nobis
creaturam spiritalem nisi in ipso creatoris arti-
culo fuisset à Deo illuminata & dono Spiri-
tus sancti sublata in Deum, informem, tene-
brosam, similem abyssu, Deo dissimilem fu-
turam fuisse. Non enim ut in nobis qui
re ipsa Deo dissimiles & peccatis tenebrosi sumus,
tenebra in Angelis illuminationem præcessere,
sed natura tantum; quia re ipsa
fuissent in illis dissimilitudo Dei ac tenebra, &
instar abyssi deorsum cupiditatibus fluxissent,
nisi fuissent mox Deo illuminati ante lux in Do-
mino. Quod & omni ambiguitatis incerto
carentibus verbis, dicit in alio confessionum
lib. 12. con-
fess. cap. 15. suarum loco *Idonea est, creata sapientia seu
angelica creatura, faciem tuam semper videre, nec
usquam desectur ab ea, quo se in nulla mutatione
variatur: nisi et tamen ipsa mutabilis, unde tene-
bresceret & frigidesceret, nisi amore grandi tibi coha-
rens tanquam semper meridies lucret & ferveret ex-
te. Et in libris de Genesi ad litteram de crea-
tione lucis seu angelicæ naturæ loquens: In-
tellectualem vitam nisi ad creatorem illuminanda con-
verteretur, fluitaret informiter. Cum autem conversa
& illuminata est, factum est quod in verbo Dei di-
ctum est fiat lux. Omnia profus vana atque fal-
sa sunt, si creatura spiritalis naturaliter adhæ-
rere Deo sine spiritali illuminatione, sine do-
ni celestis infusione, sine illo amore grandi
divinæ charitatis qua Angeli sancti luere &
fervere noscuntur. Et tamen Augustinus le-
curissimè crebersimèque dicit, nisi ista luce
mox à creatione claresceret, & amore fer-
veret, fluxam, tenebrosam ac dissimilem fu-
turam Deo, tenebrosa abyssu similem. Ne
quis verò, cui lectio sancti Augustini minus
usitata est, forte fluctuet, quid sit illa infor-
mitas, illa tenebrositas, illa immoderatio,
illa longinqua dissimilitudo Dei, in quibus
creatura rationalis fluitaret, nisi continuo
fieret lux in Domino & amore grandi con-
verteretur ad Deum; quanquam ipsa veritas
in verbis fulgeat, operæ tamen pretium est
paucis ostendere non aliud illis significari,
quam vitam creaturæ spiritalis averfam à
Deo, cupiditibus terrenis instar abyssi flui-
tantem, tenebris porcorum cœcam. Nam in
eodem ipso loco unde cuncta penè testimo-
nia petivimus & ubi dixerat creaturam spiri-
talem fluitare tenebrosam, abyssu similem, Deo dissi-
mitem, nisi convertatur &c. causam reddit: Si-
cut enim corpori non hoc est esse quod pulchrum esse
alioquin deforme esse non posset, ita etiam creatura spi-*

lib. 13. con-
fess. cap. 2.

ritu non id est vivere, quod sapienter vivere, alioquin
incommutabiliter saperet. Bonam autem illi est hære-
tici semper, ne quod adeptus est conversione, aver-
sione lumen amittas, & relabatur in vitam tenebro-
se abyssi similem. Et mox addit ut plenius
intelligeretur sensus ejus: Et nos qui secundum
animam creatura spiritalis sumus aversi à te nostro
lumen, in ea vita, scilicet tenebrosa fluitante &c.
Frustris, aliquando tenebra, id est peccatores, &
in reliquis obscuritatis laboramus donec finis insti-
tuta tua &c. Et infra cupiditati deorsum flui-
tanti opponens charitatem sublevantem sur-
sum: Cui dicam, quomodo dicam de pondere capi-
ditatis in abruptam abyssum, & de sublevatione cha-
ritatis per Spiritum sanctum qui superferretur super
aquas illas abyssi fluitantis. Et exponens quid
sint illa cupiditas atque charitas, *Affectus, in-
quit, sunt, amores sunt, immunditia spiritus nostri
defluens inferius amore curarum, & sanctitas Spiri-
tus tui attollens nos superius amore securitatis. Hinc
statim addit & Angelum & animam hominis
defluxisse, & ita indicasse illo defluxu suo à Deo,
abyssum illam in profundo tenebroso, quæ in suos
torus erupisset nisi dixisset Deus ab initio fiat
lux & inhabitasset Deo: quam informitatem prop-
terea dicit non placere imo etiam displicere Deo.* Hinc
lib. 12. con-
fess. cap. 15. Hinc alibi de illa eadem informitate creaturæ
spiritalis disputans, *Averse, inquit, à sapientia
incommutabili, stultè ac miserè vivit, quæ informita-
tis est. Formatur autem conversa, ad incommutabile
lumen sapientia ut sapienter ac beatè vivat. Ante
quam conversionis formam dicit eam informiter
fluitare. Hinc in libris de Civitate Dei tra-
ctans eundem illum Genesis locum, quo di-
citur facta lux, hoc est Angeli creati atque
sanctificati eos esse dicit Apostolica phrasi,
lucem in Domino, sed in seipsis tenebras quia priva-
tos participatione lucis æternæ. Hanc privationem
malam esse, & per eam immundum fieri spiritum.*
Et mox, *Sicut aer tenebrescit ista luce desertus, ita
tenebrescere animam sapientia luce privatam. Et
infra iterum societatem Angelorum tanquam
lucem illustratione veritatis intelligibiliter fulgere
tradit, contrarias verò luci tenebras esse averforam
à luce infusa terribilissimas mentes. Ut nihil cer-
tius esse videatur quam quod per illam infor-
mitatem & immoderationem ac dissimilitu-
dinem Dei, ac denique per illas tenebras seu
abyssum tenebrosam vagis deliquis fluitan-
tem, Augustinus mentis rationalis stultitiam
à sapientia formante alienam, malitiam ejus
tenebrosam, cœcamque cupiditatem intelli-
gat, qua instar abyssi tenebrosæ fluitaret nisi
mox ut creatur, in Dei sapientiam velut for-
mam ejus, & in lucem ejus pondere amoris
revocetur.*
Quod sanè ex alio quoque capite perspi-
cuum est, nam sicut necesse est creaturam
rationalem juxta Augustinum esse voluntatis
malæ hoc ipso quo non est bonæ; & perversam
hoc ipso quo non est recta, ita quoque
necesse est esse insipientem ac stultam in mori-
bus suis hoc ipso quo non est sapiens. Stulti-
tiam autem gravissimum vitium esse nemo sa-
piens dubitat. Expressa est & ista, assevo-
santissimo

Cap. 1.

Cap. 2.

Cap. 3.

Cap. 4.

Cap. 5.

Cap. 6.

Cap. 7.

Cap. 8.

Cap. 9.

Cap. 10.

Cap. 11.

Cap. 12.

Lib. de vita
beate in his
vitiis.

Lib. de vit.
beate in his
vitiis.

Lib. de vit.
beate in his
vitiis.

Lib. de vit.
beate in his
vitiis.

Lib. de vit.
beate in his
vitiis.

Lib. de vit.
beate in his
vitiis.

Lib. de vit.
beate in his
vitiis.

ranissima doctrina sancti Augustini, statim ad initio conversionis tradita, & in limine mortis confirmata, nam ante baptismum in disputatione dici natalis sui cum Monica matre & sodalibus suis instituta, *Stultitia est, inquit, contraria sapientie & ita contraria, ut mors vite, ut beata vita misera, hoc est sine aliquo medio. Nam si omnis non beatus homo miser est, omnino homo non mortuus vivit, sic omnem non stultum necesse est esse sapientem. Vbi patet stultitiam nihil esse aliud quam privationem sapientie, sicut mortem vitae, & ideo sine medio respectu subiecti capax. Vnde statim adiecit: Quid est sapientiam non habere? Nonne hoc est habere stultitiam? Hoc inquit. Quid autem stultitia? Accipe. Credo vos concedere animum stultum esse vniuersum, omniaq; anime vitia quo stulticia nomine insidat. Et post baptismum statim a Presbytero: Nempe, inquit, dubium est omnes homines aut stultos aut sapientes esse, quis vero sapiens, quis stultus? Audi: Nunc autem sapientes voco non coruatos & ingeniosos homines, sed eos quibus inest quanta inesse homini potest ipsius hominis Deiq; firmissime percepta cognitio atque huius cognitionis vitia moroseq; congruentes. Ceteros autem cuiusq; modi artibus inuestig. affecti sunt, qualibet vitio probandi sive improbandi stultorum in numero deputaverim. Ex quo patet illum Augustino esse stultum cui deest Dei cognitio, & cognitionis vita moroseq; congruentes, sive ut ipse postea dicit, qui caret sapientia: Talis enim est stultus, qui non habet lucem sapientie nec aliter quam stulte agere seu peccare potest. Divisionem illam in Retractationibus confirmavit. Nam cum sibi objecisset quod illa sua verba alijs repugnare viderentur, quibus in alio libro dixerat, Quasi vero natura humana praeferat stultitiam & sapientiam nullam median recipiat affectionem qua nec stultitia nec sapientia dici possit, respondet se illa dicendo paruos intuitum esse, quos, inquit, nec sapientes nec stultos posuimus proprie dicere. Non autem, videlicet in libro de utilitate credendi, sapientes aut stultos esse omnes homines dixi, eos volens intelligi, qui iam ratione utuntur, qui discernantur a pecoribus, ut homines sunt. Ex quo liquet etiam hominem omnemque omnino creaturam rationalem cum primo conderetur, si capax erat sapientie, aut sapientem necessitudo aut stultum fuisse, nec ab ea divisione excipi posse nisi eos qui rationis & vltis libertatis incapaces fuerint. Necesse est igitur ut creatura rationalis capax sapientie etiam re ipsa sapiens condita fuerit, quia ut etiam re ipsa sapientiam non habere est haec beate in hisp. bene stultitiam. Et: Stultitia est maximum vitium, omniaque animi vitia complectitur, neque deus vniuersum auctor esse potest. Nullum enim est, capax nisi a sapientia saltem inchoata sola peccata a stultitia proficiscuntur. Nam, inquit Augustinus, omne factum si recte factum non est, peccatum est. Nec velle factum esse nullo modo potest quod non a recta ratione proficiscitur. Porro recta ratio est ipsa virtus. Cuius autem hominum*

A virtus nisi sapientis animo praesto est. Solus igitur sapiens non peccat. Stultus ergo omnis peccat, nisi in his factis in quibus sapienti obtemperaverit. A recta enim ratione alia facta proficiscuntur. Cum ergo non possit Deus hominem stultum fingere, hoc est in illa animi constitutione, ut nihil nisi peccare possit necessarium profectio est ut sapientem, hoc est cum recta ratione & virtute & sapientia, seu quod idem est cum Dei charitate creet. Nam quemadmodum affirmatiue dicit: Mens cum meminit, intelligit ac diligit eum a quo facta est, sapiens ipsa sic: ita negatiue, si autem non facit etiam cum sui meminit, seseq; intelligit ac diligit stulta est. Ipsum videlicet non diligere Deum est carere sapientia & habere stultitiam. Nam sicut nulla est Augustino virtus sine charitate Dei quae intentionem rectam facit, ita nulla sapientia sine eadem illa charitate Dei, iuxta illud Scripturae quod citare solet, *Eccc pietas est sapientia*, & illud quod adiungit: *Porro pietas cultus Dei est, nec colitur nisi amando. Summa igitur & vera sapientia est in precepto illi, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c.* Ac per hoc sapientia est charitas Dei. An naturalis? An viribus arbitrij ex corde manans? Nec diffunditur in cordibus nostris nisi per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Eodem videlicet sancto Spiritu proclamante, *omnis sapientia a Domino Deo est.* Cum hac igitur charitate, aut certe diligendi Dei potestate, cum hac sapientia, seu sapienter vivendi facultate creatura rationalis condi debet, si condenda est, ne alioquin Deus ipse quod abie stultitia & peccatorum inde sequentium auctor esse censetur.

Vna tantum hic difficultas moveri videtur posse, aduersus hoc argumentum de malitia, de peruerbitate, de infirmitate, de tenebrositate, de stultitia creaturae rationalis, quae videntur sequi, nisi bonae voluntatis, nisi recta, nisi formata, nisi lucida, nisi sapiens creetur. Si enim Deus eam conderet sine charitate & consequenter sine sapientia & animi rectitudine, non posset ista creatura mala, peruersa, stulta vel esse vel dici, sed esset in ea innocens & media quaedam affectio nec bona nec mala. Quibusdam enim existimantibus diabolum ab initio creatum esse peccatorem iuxta illud: *Ab initio diabolus peccat*, respondet Augustinus, non intelligunt si naturale est, nullo modo esse peccatum. Et alibi cum de Angelis recenter enuntiatis id quod citavimus pronunciatet, *Quid enim erant sine bona voluntate, id est charitate nisi mala?* Statim quali corrigendo adiecit, *Aut si propterea non mali, quia nec mala voluntas exierat, neque enim ab ea qua nondum ceperant habere, defecerant.* Nimirum quia mala voluntas & consequenter peruerbitas & stultitia dici nequit nisi voluntario motu creatura a bona voluntate deficiat. Vnde si sic crearentur Angeli non mali, sed non tam boni dici possent, quam si cum bona voluntate crearentur. Denique de creatione primi hominis differens, utrum

Lib. 14. de
Trinit. c. 12.

Epist. 110.
cap. 13.

Ex lib. 11.

Lib. 11. de
Civ. c. 15.

Lib. 12. c. 9.



fapiens an stultus creatus sit, allata similitudine infantis, qui neque stultus neque sapiens dici potest, Ita etiam, inquit, si quisquam tali affectione animatus, id est creatus esset, qualem habent illi, qui per negligentiam sapientia carent, nemo eum stultum recte diceret, quem non vitio sed naturæ talem videret. Est enim stultitia rerum appetendarum non qualibet, sed vitiosa ignorantia. Unde neque animal irrationale stultum dicimus, quia non accepit ut sapiens esse posset. Ex quibus Augustini verbis patet etiam si aliquis sine bona voluntate & sapientia conderetur, nullo tamen modo dici posse vel stultum vel malum, sed potius medio modo affectum, seu ut schola loquitur, naturaliter bonum.

Respondetur verissimum esse, quod si creatura sine bona voluntate & sapientia conderetur, ita ut neque bonæ seu diligentis Deum voluntatis, neque sapiens esse posset, ut Augustinus dicit, non eam fore malam, perversam aut stultam; idque propter eam rationem quam ipse in verbis citatis attingit. Nam ut alibi dicit: *Natura in tantum vitiosa sunt in quantum ab eius à quo facta sunt arte discedunt.* Et alibi: *Quod si peccatum voluntatis tribuere volueris conditori, peccatum purgabis, qui nihil prater sui conditoris vitia vitia commisit. Si enim non recedatur ab eo modo quo naturaliter factus est ita ut melius esse non possit, ea quæ debet facit cum hæc facit.* Rectissime igitur ex huiusmodi institutione creatura purgatur; nihil enim eorum vitiorum cum quibus conditaingeretur, vel eorum quæ sine vitandi potestate committeret ei vitio verti possent. Non tamen recte inde colligas ita revera rationalem creaturam condipiote. Est enim hypothesis impossibilis: qualis & illa est qua dicimus creaturam non peccaturam si Deus, ut Calvinus arbitratur, ad omnia flagitia & facinora raperet voluntatem ejus, vel ipsos ei inspiraret improbos voluntatis motus. Hoc enim ipso non essent motus voluntatis mali nec flagitia nec facinora, nisi, ut loquuntur, materialiter tantum. Sic igitur status ille animi sine bona voluntate, sine charitate, sine sapientia conditi, non esset vitium creaturæ sed natura, non esset malus sed innocens & naturalis; non tamen sequitur auctorem ejus esse posse Deum. Deo enim esset voluntarius non creaturæ, unde Deo non creaturæ imputari deberet perversitas ejus & quicquid scelerum ex illa creaturæ voluntatis institutione nasceretur. Quæ quidem essent materialiter scelera creaturæ, vera tamen scelera & peccata Dei. Repugnant enim æternæ & immutabili legi ejus ut voluntate committantur & propterea sunt intrinsicè mala, nulla dispensatione à quocunque perpetranda. Quapropter & ipse sanctus Augustinus qui quædam illam affectionem inter sapientiam & stultitiam in homine primum condendo videtur admittere, aperte quoque profiteretur, se illud ad compendium dicere voluisse, hoc est, ut compendio illius medicatis quæ saltem in parvulis apparere, & proinde in hominibus possibilis videtur

A esse, quæstionem propositam, utrum primus homo sapiens an stultus esset conditus, non excuteret sed suffocaret. Sed, quod ad propositum nostrum sufficit, in illo ipso loco, ubi illam mediam affectionem modo jam dicto recipit, clarissime significat quoquo modo primus homo sine sapientia institueretur, ita tamen institui debuisset, ut si vellet, posset esse sapiens, hoc est ut posset bene sapienterque vivere; & consequenter ut præcepta benediciendi & præ ceteris omnibus diligendi Deum, sine quo nulla neque perfecta neque inchoata potest esse sapientia, posset implere. Si ergo, inquit Augustinus ex hypothesi illius affectionis medix ita factum est homo ut quamvis sapiens nondam esset, præceptum tamen posset accipere, cui utriusque obtemperare deberet; nec illud iam mirum est quod seduci potuit, nec illud iniustum quod præcepto non obtemperans poenas luit, nec Creator eius auctor visorum est. Quia non habere sapientiam nondam erat vitium hominis, si nondam ut habere posset acceperat. Sed tamen haberet aliquid, quo si bene uti vellet, ad id quod non habebat ascenderet. Aliud est enim esse rationalem, aliud esse sapientem. Ratione sit quisque præcepti capax, cui fidem debet, ut quod præcipitur, faciat, sicut à natura rationis præceptum capit, sic præcepti observatio sapientiam. Quod est autem natura ad capiendum præceptum, hoc est voluntas ad refragandum. Et sicut rationalis natura tanquam meritum est præcepti accipiendi, sic præcepti observatio meritum est accipiendæ sapientia. Et in loco paulo superius citato, tunc dicit hominem ea quæ debet facere, cum non recedit à modo quo naturaliter factus est, ita ut melius esse non possit.

Ex his vides omnino supponere Augustinum hominem saltem cum observandi præcepti potestate condi debere, ut scilicet illud observando saltem posset esse sapiens, quæ alioquin nec illud negligendo delinqueret, nec iuste illius neglectus poenas daret. Unde adiecit: *Ex quo autem incipit homo præcepti esse capax, ex illo incipit posse peccare.* Duobus autem modis peccat, antequam sit sapiens, si aut se non accommodet ad accipiendum præceptum aut cum acceperit non observet. Sapiens autem peccat, si se averterit à sapientia. Iam autem superius diversis testimoniis ejus asseruimus, summæ iniquitatis & infamie esse, ut peccati reus quisquam teneatur, qui non se ad quod facere non potuit. Necessè est igitur iuxta sanctum Doctorem ut quantumcunque non sapiens homo conderetur, sufficientissimam tamen, ut ipse loquitur, observandi præcepti facultatem acciperet, cujus observatione sapientiam acciperet. Vtrumque autem certissimum est pertinere ad gratiam Dei. Nam neque præceptum diligendi Dei sine magna Dei gratia observari potest, neque sapientia præmium observationis sine gratia obtineri: quorum postremum eodem illo loco adiecit: *Sicut præceptum non est ab illo cui præcipitur, sed ab illo qui præcipit: sic sapientia non est ab illo qui illuminatur, sed ab illo qui illuminat.* Primum verò infinitis lucubrationum suarum locis tradit. Nam & in ipso

Lib. 3. de lib. arb. cap. 24.

Lib. 3. de lib. arb. cap. 15.

Cap. 16.

Cap. 18.

Lib. 1. de civ. dei. cap. 14.

Lib. 3. de lib. arb. cap. 15.

Lib. 3. de lib. arb. cap. 15.

Lib. 3. de lib. arb. cap. 15.

Lib. 3. de lib. arb. cap. 15.

777

in ipso libro undecimo de Civitate Dei, ubi dixerat Angelos sine bona voluntate, id est charitate Dei conditos, fore non quidem malos sed non tam bonos, quam si cum bona voluntate esse cepissent; mox adjicit nullo tamen modo eos potuisse in illa hypothese se facere meliores quam eos condidisset Deus, & proinde ipsam quoque bonam qualemcunque voluntatem, hoc est observandi præcepti aviditatem & potestatem, per Dei adiutorium accipere debuisse: *Sinon poterunt; inquit, se ipsos facere meliores, quam eos ille fecerat, quia nemo melius quicquam facit: profectò & bonam voluntatem, id est dilectionem Dei, qua meliores essent, nisi operante adiutorio Creatoris habere non possent, quod ipse non solum de perfecta illa bona voluntate, seu ut ibi vocat, Divino amore intelligit, sed etiam de illa imperfecta qua quis inhiat sapientia avidè que desiderat, ad eam præcepti observatione velut ad præmium pervenire. Sic enim seipsum adjiciendo declarat: Et cum id egit eorum voluntas bona, ut non ad seipsos quatinus erant, sed ad illum qui summus est converterentur, eiq; adherentes magis essent, eiusq; participatione sepius beateq; viverent: quid aliud ostenditur, nisi voluntatem quamlibet bonam, scilicet etiam illam imperfectam in qua condi ponebantur, inopem fuisse in solo desiderio remansuram, nisi ille, qui bonam naturam ex nihilo sui capacem fecerat, ex seipso faceret implendo meliorem prius faciens excitando avidiorè. Ecce etiam ipsa excitatio aviditatis qua natura rationalis jam capax Dei desiderat in plerisq; Deo, hoc est habere divini amoris seu perfectæ bonæ voluntatis gratiam, non potest in ea nisi Deo excitante fieri; & in illo solo desiderio, quo vult Dei voluntatem seu præceptum facere, inops remansura est nisi Deus faciat eam ulterius Dei impletionem meliorem. In quibus verbis licet & in alijs paulò ante citatis, ex cap. 24. libri tertij de libero arbitrio, duo ad intelligendum Augustinum perspicua sunt. Primum quidem, duplicis generis ab eo poni bonam voluntatem, hoc est charitatem. Prima est perfecta, quam absolutissimè Dei amorem, divinum amorem, divini amoris gratiam vocat; qua videlicet creatura impletur Deo juxtaque fit & impletur sapien-*

tia, ita ut bona & sapiens dici possit, quam propterea in libris de libero arbitrio sapientiam vocat. Altera est imperfecta, quam nominat, quamlibet, seu qualemcunque bonam voluntatem, inopem (itemq; desiderium) qua creatura Dei excitatione fit avidior: quam in libris de libero arbitrio vocaverat voluntatem qua bene uti vellet eo quod habebat, hoc est, potestate observandi præcepta, ut ad id quod non habebat, hoc est, ad sapientiam ascenderet. Ita ut illi duo loca de Civitate & de libero arbitrio sibi ad amissim concinant.

Alterum verò hinc perspicuum est, quod si etiam hypothesis illa daretur ut sine perfecta bona voluntate & sapientia creatura rationalis condi possit, nunquam tamen admittit Augustinus posse condi, sine qualibet bona voluntate, hoc est, sine illa saltem imperfecta qua est inchoatio bonæ voluntatis perfectæ atque sapientia, quam Deo aviditatem excitante; seu desiderium inspirante, velut præmium ipsius aviditatis & rectè usæ potestatis accipiat. Qua de causa & nos semper ursumus non posse creaturam rationalem condi sine Dei dilectione vel saltem sine Dei diligendi potestate, qualis sine imperfecta charitate, seu bona voluntate (qua desiderium Dei vel aviditas dicitur) nullo modo haberi potest. Nimirum ne alioquin, si utraq; careat creatura rationalis, quæ non nisi solâ Dei dilectionis potest esse bona vel recta, vel sapiens; ipsa præcepti dilectionis, quod si lex Dei incommutabilis ab æterno posuit, & in æternum ponet impossibilitate purgetur, Creator verò culpatur: dum iste fluxum ejus indefatigabili præcepto factum revocat; illa verò non solum bonâ voluntate divina dilectionis, sed & auxilio aviditatem diligendi inspirante destituta, non potest nisi vagis deliquis deorsum in creaturas fluere, quod illi eadem illa indefatigabili lege prohibetur. Et hæc de primâ causa satis. Posset fortassis addi secundâ ex justitia Dei petita, sed quia paulò post de beatitudine creaturæ rationalis differentes; plura de isto capite dicturi sumus, inde perendum erit si quid huc referri posse videatur.

CAPVT XX.

Quomodo bona voluntas in qua condi debet creaturæ rationalis, esset gratia.

Quomodo jam gratia ratio cum tanta dandi necessitate coherere possit, paucis si Deus voluerit aperendum est. Possem nodum istum ad hominem uno verbo solvere, respondendo illam Dei dilectionem, quæ sine aliquali bonæ voluntatis desiderio seu aviditate, ut Augustinus loquitur, esse non potest, eo modo esse gratiam, quo gratia sufficiens recentiorum Scholasticorum. Illam enim plerique ad præcepta sine peccati perpetracione custodienda, cunctis indifferenter ita tribuunt; ut

homini necessariam esse, nec à Deo ne quidem in penam peccati, juxta nonnullos subtrahi posse consentiant; alioquin impossibilia fore præcepta Dei, hominem non peccatum vel certe peccatum in eo quod vitare non potest, quæ non dubitant sanæ doctrinæ repugnare. Et sanè quid est aliud gratia sufficiens ad præcepta Dei custodienda; nisi gratia illa imperfecta divina dilectionis, seu potestas diligendi Dei, sapienterque vivendi quam ex Augustini doctrina creaturæ rationali necessariam prædicamus, ne creaturæ peccando

K k 2

culpa

culpa careat, Deus iubendo in culpam cadat? Nisi enim gratia sufficiens Recentiorum talem afferat Dei diligendi, seu præcepti dilectionis observandi potestatem in quocunque tandem illa potestas sita sit, frustra gratiam sufficientem prædicant, cum nihil ad accusationem peccantis creatura, nihil ad excusationem iubentis Dei profutura sit. Vides ergo quanto rationabilis Augustinus nature rationali innocenti negari non posse fateatur, quod Scholastici etiam damnata pro iniquitate creatura debitum ac necessarium contra rationem & Augustinum esse profiterentur.

Iam verò nemini non facile est, debitum illud gratiæ cum ratione gratiæ, eodem ut Scholastici solent modo, adaptare. Dicunt enim esse gratiam abs huius, sed debitum nature ordinate ad finem supernaturalem, cum debito illum procurandi. Hoc est, esse gratiam præveniendæ voluntatem ordinandi creaturam ad finem supernaturalem, debitum verò illam supponendo; ne alioquin videlicet voluntas illa Dei ratione careat. Dico & ego gratiam esse præveniendæ voluntatem concedendi creaturam in tanta dignitate, ut nulla omnino re nisi solo Deo satiari ac beari possit: quod cum sine gratia obtineri neque perfecte neque imperfecte, neque amando neque fruendo queat, illa voluntate supposita esse debitum, ne voluntas Dei ratione careat.

Quid enim absurdius & rationi magis adversum, quam condere velle excellentissimæ dignitatis creaturam, & eam huiusmodi subsidijs destituere, sine quibus non solum beari nequeat, sed necesse sit miseriorem esse omnibus creaturis, vel in omnibus creaturarum cupiditatibus tabescere sine culpa & poena, vel ex eius culpa iniquitatem, ex poena in iustitiam retorquere in Deum, ut qui fieri ab ea velit quod non potest facere, & operis se posse, ac poenam quod ex eius institutione perpetratum est? Quæ cum pietas qualiscunque creaturæ tanquam à divina sapientia & benignitate aliena proflus exhorreat, merito sanctus Augustinus gratiam illam diligendi Dei, omni creaturæ rationali innocenti tribuit, ut & beneficium ipsa debere, & si non fecerit rea esse possit: Ex eo enim quod non accipit nullus reus est, ex eo vero quod non facit quod debet, iustus reus est. Debet autem si accipit, & voluntatem liberam & sufficientissimam potestatem. Quæ quid aliud est nisi sufficientissima Dei gratia? Quoniam liberum arbitrium, ut profundissimus Doctor etiam de homine primo innocente loquitur; ad malum sufficit; ad bonum autem nihil est nisi adiuvetur ab omnipotenti bono.

Quapropter ut magis ratio gratiæ elucidetur considerandum est, Primum gratiæ propriissime dictæ non repugnare delicta quælibet sibi eorum naturalitates, decentias & congruentias & aequitates quæ oriuntur ex alijs capitibus quam iure creaturæ: nihil tamenque connaturalius innocenti imagini Dei cum capacitate Dei naturaliter coherere, quam gratia.

Vnde non veretur Augustinus Apostolicâ phrasi dicere, quod per gratiam naturaliter homines qua legi sunt facturi. Causamque reddit quia vitium contra naturam est, quod utique sanat gratia. Hoc enim agi Spiritus gratia ut imaginem Dei in qua naturaliter facti sumus insinuet in nobis. Hinc nihil etiam congruentius, decentius, æquius respectu Dei, quam ut innocenti imagini quæ ad Deum velut finem suum naturalem ordinata est, gratia ad assequendum detur. Sapere namque contingit ut aliquid sibi ipsi suisque attributis Deus debere dicatur, non solum iustitiæ sed etiam clementiæ, fidelitati, magnificentiæ, sapientiæ eterisque attributis omnibus, ipsi denique misericordiæ & liberalitati, quæ quam maximè gratuita sunt operationis. Subinde namque secundum immutabiles rationes divinæ sapientiæ contingit, ut omnino deceat & æquum sit, Deum clementer & magnifice & misericorditer cum creaturis suis agere, quod si non faceret nihil omnino faceret contra iustitiam in creatura, sed contra sapientiam suam; quam Deus non minus quam iustitiam suam præcere non potest. Non enim imaginandum est Deum quilibet etiam deficere posse. Si enim promisit quippiam sub nulla etiam operis conditione, non dubium est eum teneri se promissione solvere, nec tamen desinet esse gratia id quod dedit. Sic enim promittit e iam gratiam suam quæ idcirco non desinit esse gratia. Vnde & Augustinus quoddam loco dicit quod iustum sit misereri quorundam.

Quando igitur, istis modis vel sibi vel sapientiæ suæ vel alijs attributis Deus quippiam debet, ne videlicet alioquin inconvenienter vel insipienter agat, nihil omnino de gratiæ ratione tollit. Sapientiam autem suam inseparabiliter in omnibus Deus sequi debet. Hoc autem debitum tam arctum est ut non magis immutari possit quam ipse Deus. Vnde optime S. Anselmus in re simili: sicut in Deo quantumlibet parvum inconveniens se quær impossibilitas, ita quantumlibet parvum rationem, si maiori non vincitur, comatur necessitas. Impossibile est enim Deum inconvenienter, indecenter, insipienter contra rationem, inclementer, immisericorditer agere. Quod si ex huiusmodi contributorum decentia cadat effectus aliquis in creaturam, nihil omnino de ratione gratiæ decedit. Hinc est quod & ipsi Scholastici varijs exemplis simile debitum agnoverunt, sine gratiæ tamen præiudicio. Nam ita quidam eorum profitentur conservationem gratiæ non desinere esse gratiam quamvis immutabilis sit divinæ sapientiæ lex, ut neminem desera nisi deseratur: homini in pura natura creato deberi quandam gratiam ordinis naturalis ad cavenda peccata propter nimiam infirmitatem ejus: gratiæ habituali deberi quædam auxilia actualia debito connaturaliatis, secundum illud, iustum auxilium meum d. Domino, ubi hoc etiam perperam Augustinum sentisse voluit, cum nihil certius sit in scriptis ejus.

Handwritten marginal note:
L. 3. c. 16.

Lib. 3. de lib. arb. c. 16.

Lib. de corr. & grat. c. 11.

Lib. 3. de lib. arb. c. 16.

de grat. ult. nam in.

idem lib. 3. de grat. c. 16. n. 9. r. 110. l. 12. de grat. c. 16.

gratia, quia & ipsa gratis concessa est. Non enim homo qui non erat premeruit ut esset. Vbi latissime prosequitur omnia omnino in quibus præcellit brutis humana natura, gratis esse data, quia meritum nullum, dignitas operis nulla præcessit. Cujus rei plurima occurrent testimonia, sed eis recitandis non est opus fatigare lectorem. Nam in universis operibus ejus ubi sexcentis gratia tangitur, vix alia unquam, quantum observare potui, gratuita gratia ratio reperietur, quam quia gratis, id est pro nullo operis merito data est.

Quod si alicubi Augustinus etiam illud improprie dictum naturæ meritum à gratia submovere videatur, tunc peculiariter de gratia non primæ conditionis, sed Christi redemptionis loquitur, nam gratia redemptoris non tantum meritum voluntatis, sed etiam naturæ adveniat. Est enim gratia qua natura jam damnata misericorditer à damnationis massa liberatur. Ex quo fit etiam ut demeritum culpa omnino supponat, quæ non nisi per gratiam indulgentiam deleatur; neque prorsus quicquam in natura secundum illum statum absolute perfectæ reperiri possit, cui gratia aliter dari debeat, quam per puram putam misericordiam indulgentis, vindictamque remittentis Dei; repugnat enim ei non modo meritum qualecunque voluntatis, sed etiam naturæ innocentia, contra quam nullo pacto vindicta justitia, qua talis gratia subtrahitur exerceri potest. De qua gratia loquitur in Epistola ad Paulinam: *ibi enim gratia est indulgentia, ubi iusta posset esse vindicta.* De qua etiam loquitur in libris ad Bonifacium, quando dicit quod Manichæi & Pelagiani gratiam Dei simul oppugnant. Nam Manichæi meritum naturæ bonæ, Pelagiani autem meritum voluntatis bonæ peribent divinitus subveniri. Et libro de dono perseverantia: *Numquid ergo hominæ natura due sunt? Absit. Si dua natura essent gratia illa non esset. Nulli enim daretur gratuita liberatio, si natura debita redderetur.* Nam ex ipsis locorum circumstantiis, imo verbis perspicuum est, cum de gratia liberationis ex miseris ac statu damnationis loqui. Cujusmodi gratia prorsus evertitur, si innocens natura fuerit. Quamquam de istis duobus postremis locis alia duplex solutio adhiberi possit. Prima, quia illud meritum naturæ quod Manichæi statuebant erat meritum naturæ tam sublimis dignitatis, ut gratia excellentiam infinitis partibus superaret. Ponebant enim animam rationalem esse partem substantiæ Dei, quemadmodum plurimis locis Augustini certum est. Hæc autem gratiam immensâ dignitate suâ sine comparatione superat. Altera est, quod quamvis verba ista meritum naturæ præ se ferant videlicet divinæ, qualem animam esse censebant; recta tamen illud meritum in actionibus & laboribus ejusdem naturæ collocabant. Putabant enim labores illius naturæ tales esse, ut hoc ipso quo à tam sublimi natura procederent, deberetur eis liberatio per gratiam Salvatoris; quo tamen ipso natu-

ram gratuita liberationis destruebant. Pater hoc ex illo ipso loco ad Bonif. qui citatur; nam statim verbis allegatis adjicit: *illi (Manichæi) dicunt, debet hoc Deus laboribus membrorum suorum: isti dicunt (Pelagiani) debet hoc virtutibus servorum suorum. Vtrisque ergo merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.* Ecce vides labores membrorum Dei; vides mercedem retributam illis laboribus secundum debitum. Sed hæc in gratia status innocentie non habent locum. Nec enim ista dicitur deberi naturæ vel membris Dei, neque laboribus naturæ innocentis, neque esse effectus misericordie, ubi nulla miseria est; neque esse liberatio à statu damnationis; Sed nudè aliquo pacto deberi dicitur, non tam ipsi naturæ rationali quam ordinis Dei naturali, ne natura innocentis imaginis Dei creetur misera antequam miseriam mereatur: necesse est enim esse miseram quæ instituitur sine amore Dei, prout ex parte diximus & uberius adhuc dicturi sumus. Vel denique quod deterius est, ne alioquin cum distorta, perversa, ac malâ voluntate ab ipso Deo quod absit, hoc est ab ipsa regula sempiterna rectitudinis ac justitiæ contra legem æternam ac naturalem producat, secundum quam impossibile est ut non omnia sint ordinatissima; & impossibile est ordinatissimum esse ut poena seu miseria ante culpam infligatur, vel ut creatura quæ non peccavit cum perversa voluntate condatur.

Neque verò defunt inter ipsos Scholasticos qui doctrinam istam ex Apostoli & Augustini scriptis hauriam veram esse fateantur. Sic enim loquitur Didacus Alvarez divinæ gratiæ defensor non postremus. *Ratio gratiæ tantum evertitur, quando datur propter aliquod opus naturæ, secundum illud, quod dicit Apostolus: Si ex operibus iam gratia non est gratia.* Non posset absolute aperiendo definire quod dicimus, quàm dum ipsam indicem exclusionis voculam usurpat. Nec mirum cum in ista ratione gratiæ, tota ratio perfectæ donationis quam & civiles leges explicant inveniat. Postulant enim Lege primâ digestis de donationibus tria, ut res donata statim fiat accipientis; ut donatio sit irrevocabilis; ut donator sola ad donandum liberalitate moveatur, hoc est, ut non donet propter retributionem sive justitiæ, sive antidoralem, seu gratificativam sicut ibi exponit Bartolus, & in Rubricis de donationibus Panormitanus.

Porro manifestissimum est, quicquid vel Scriptura vel Augustinus vel Alvarez, vel ipse civiles leges ibi ad gratiam seu gratuitam donationem postulant, hoc totum perfectissimè concurrere in gratiam qua creaturæ rationali datur. Nam ut aperiendum est, nulla est ibi umbra præcedentis operis boni ratione cujus personæ gratiam quoquo vel imperfectissimo modo mereatur. Unde nullum est ibi vestigium quoque retributionis sive justitiæ sive antidoralis, sed sola liberalitas dandi causa fuit, qua factum est etiam ut statim acci-

Epist. 106.

Lib. 2. ad
Bonif. c. 2.

Lib. de dono
persever. c. 3.

Lib. 2. ad
Bonif. c. 2.

Epist.
106.

Epist.
106.

2a P.
in fine

secundum dare & primum tolleret, quod ab
 ejus libertatē nulloque merito provocatā
 pendet volun ate. Vt ergo gratia sit, id est,
 gratuitum omnino donum Dei, siue natura
 creaturæ rationalis, siue reſtitutio ejus,
 sufficit ut neque merito impetrata sit, neque
 proprijs viribus facta, juxta illud Augustini
 naturam gratiæ expendentis: Hoc voluit in-
 telligi gratiam fuisse quæ fratres habitant in unum
 nam ex sui virtutibus non ex suis meritis, sed ex illius
 dono, sed ex illius gratia. Imò sanctus Ansel-
 mus non veretur id tantam majorem gra-
 tiam commendare, quod ex precedente Dei
 voluntate dandi vel faciendi necessitatem vel
 debitum trahit. *De necessitate*, inquit, quæ bene-
 facienti gratiam auferri aut negari debet, & est necessitas
 quia maior ex beneficio gratia debetur. Cum enim
 aliquid a necessitate cui subiacet virtutibus beneficii aut
 nulla aut minor ei gratia debetur. Dum verò ipsa
 se sponte necessitati benefacienti subicit, nec inuitus
 eam sustinet, tunc iniquo beneficio gratiam meretur
 maiorem. Non enim hæc est dicenda necessitas, sed
 gratia, quia nullo cogente illam suscepit aut seruat,
 sed gratis. Quod ipse exemplis promissionis
 ac voti explicat. Si quis enim ultro promit-
 tit aut vovet aliquid, quantumvis reddere
 teneatur & cogi possit, non minoris tamen
 præstat gratiæ beneficium, si voluntate red-
 diderit, quam si promissio vel votum non

præcessisset. Vt aptissime verbis ejusetiam
 nos in hac proposita controversia de Deo
 naturam humanam condente & gratiam
 largiente possumus inferre. Quare multo magis
 si Deus facit bonum homini quod incipit, licet non
 deceat eum à bono incepto deficere, totum gratia
 debemus imputare, quia hoc propter nos, non pro-
 pter se, nullius egeus incipit. Et paulò post: Et
 cum dicimus Deum aliquid facere quasi necessitate
 vitandi inonestatem, quam utique non timet,
 potius intelligendū est quod facit necessitate servanda
 honestatis: quæ scilicet necessitas non est aliud quam
 immutabilitas honestatis eius, quam à seipso & non
 ab alio, videlicet coactus, habet, & idcirco
 improprie dicitur necessitas. Nihil aptius ad pro-
 positum nostrum dici potuit. Aperissime
 quippe declarat decentiam, honestatem vel
 etiam necessitatem largiendi gratiam homini
 innocenter condito, nullo modo divinæ li-
 beralitati, vel beneficentiæ, vel gratiæ re-
 pugnanæ, si decentiam illam, honestatem,
 necessitatemve largiendi suâ liberâ voluntate
 suscepit, eademque benefacienti prom-
 ptitudine non inuitus vel coactus exequatur.
 Imò non esse dicendam necessitatem, sed
 gratiam, quia nullo cogente eam suscepit
 aut seruat, sed eadem suâ gratuitâ, stabili,
 & immutabiliter perseverante voluntate.

In Ps. 132.

S. Ansel-
lib 2. cor
Deum homo
6. 7.

Handwritten marginal note in Latin script.

FINIS.



CORNE